IASONIS A PRA-
TIS ZYRICAEI, ARTIVM LI-
beraliũ magistri, ac medicinæ pro-
fessoris, De pariẽte & partu, li-
ber obstetricibus puerperis,
nutricibusq; utilissimus, in
quo preter historiarum
amœnitatẽ eruditio
est non uul-
garis

Quæ hoc libro contineantur, uer-
sa indicabit pagella.

AN. M.D,XXVII.
Mense Aprili.

INDEX EORVM QVAE HOC
libro continentur.

Caput primum ostendit utilitatem libri. Respondet obiectae calumniae, Et medicamenta defecta queritur

Biblioteka Uniwersytecka Studencka w Toruniu

Ob. 6. II. 3390

BIBLIOTEKA ELBLASKA

Aequo lectori.

CAndori tuo Aequißime lector, acceptum ferimus quod libellulis nostris de uteris pulchre applaudi tur, Multorum literas proferre possum, etiam ui rorum in eruditione principũ, quibus authori ope ram suã magnifice gratulantur Et impense flagitant ut ædẽs quem in epistolà prioribus preliminari, tertium pollicebar, fidem liberem, Itaq; præculis amicorum obtemperans ne ua nitatis me quispiam calumnietur, hunc iam publicũ facio. Cui non minus fauoris, atq; superioribus exoratum uelim, Id tandem tua benignitate effeceris, ut item reliquas nostræ tenuitatis lucubrationes in lucem extrudam, Vale ac fruere, ex Musæo nostro.

Laudant candiduli meum libellum.
Laudant, qui literis ualent, libellum,
Quis non, quod literæ probant, probabit?
Quem non candiduli iuuant lapilli?

IASONIS A PRATIS ZYRI-CAEI, MEDICINAE PROFESSORIS, LIBER DE PARIENTE ET PARTV

Argumentum capitis primi.

Ostendit utilitatem libri, Respondet obiectae calumniae Aperit inuentionem Medicinae & medicamenta defecta queritur.

DIXIMVS *libro de uteris primo embryonis in muliebribus locis corpo rationē. Secūdo deinceps cōmōstrauimus, & aperuimus qua uictus obseruati one, & cōceptus salubriter perficiatur, & grauida citra ullius incōmodi tormē ta degat pſperiter. Reliquū est, qđ pēsi nostri ratio expostulat, utriq; ut adsim in resoluendo nexu propicius. Siquidem operā succidere par*

Aperit libri utilitatem.

non est, ubi exudasse oportuit maxime. Concipiūt multae sine ullius artis praemonstratura, aut alicuius, qui maritus non est preceptione Sed hoc in uotis haud postremū expectatur, Huc superos omnes & numina sancta uocamus, ut quicquid oneris utero gestatur, non maiore molestia, grauioribusq; erumnis elabatur. Anxias praeterea certioris dietae leges ac statū prefiniti uictus tenorem nec probāt multae, & cōpluscule floc cifaciūt, quas prospera tamen ualitudine frui conspicamur, quin macerantibus sese iugi ac perenni meditatione impēdentis ruinae, habitiores sepiculae uictitant.

Nimia sedulitas in edulijs noxia est.

Nempe aliquota egritudinis pars uidetur, immodico studio examinare, quid bibēdum, edendum ue sit. Aut quid non, quātumq; & quādo deliberare, anteq̄ ijs uescamur Ita pharmacum salutare asseueramus, si eius rei quā imprudenter uorasti, potestates nō usq; sis perscrutatus. Noxium tua tibi cogitatio reddit, quod nullam labem praetermissum neq; peruestigatū attulisset. In apertas autem formidabilis morbi occasiones, seu euidenter ancipites prolabi, teterrimū parricidiū censetur. At omnes ex aequo pa ritura

ritura excipit accerrimoq; dolore fatigat Multas in ipsa mortis confinia ferales cruciatus diuexant Multas donec fugitans anima corpus relinquat inane exercent, quo fato Aemilia & item Iulia (utraq; Pompei coniux) defunctæ sunt Similē calamitatem Satyra uxor Darij perpessa dicitur. Et quid attinet cōmemorare (quod nemo nescit) q̄tam stragē edat quotidie luctuosa parturigo. Si qua igitur non concipit, nec desideratum uentris sui fructū tollit, alio transferat mētis afflictæ angorem, ut sopiat aut emolliat impotentioris animi ægritudinem.

Vxor Pōpei & item Darij parturientes obierunt.

Est profecto quædā corporum dissociatio, & cōiugiū in procreationē male concors, ut cassa (quātam nauent operā) copulatio procedat At ubi cum alijs hæsit coniūctio, gignunt. Augustus ex Liuia nihil liberorū tulit, quū maxime cuperet, cū tamen Tiberio Neroni Tiberiū ac Drusum peperisset. Primū quidē apud Romanos sterilitatis caussa diuortiū intercessit, uxorē infœcundā repudiante Spurio Carbilio, Horum miser tus Serenus cecinit.

Cōiugium nonnullis sterile.

Primū apud Romanos repudium

Irrita coniugij sterilis si munera languent
Aut igitur leporis consumat fœmina uuluam,
Aut ouis in stabulis fractas quū ruminat herbas
Pendentem spumam molli deducit ab ore
Atq; illam meminit mistā potare falerno.
Mercurialis item capitur communiter herba
Sic cubitum noctu coniux festinat uterq;.

Præsidia, aduersus sterilitatē

Cæterum uterus si intumescat, modo aliquā sui rationē habeat, Nec omnino præceps, sine consilio in discrimen feratur, nō difficulter iustæ ualitudinis cōmoditate fruitur. At in resoluēdo nexu, in onere ablaqueādo, in proijciendo fœtu, hoc opus hic labor est. Nos omnē pro uirili lapidē mouebimus, & ex interioribus, maxime arcanis nostræ disciplinæ literis eruta exponemus, quæcunq; posse opitulari censebimus. Sed hoc me male habet imprimis, quanq̄ res indigna omnino, si dispiciatur cui respondere parem Non prætereo tamē illorū insanias, qui tam barbaro, & maligno sese ingenio prodiderunt, ut subsannent, nec ferant homines sanctuli hæc nos publica facere. Et ijs potissimū (si dijs placet) opera nostra uellicatur, quibus

Calumnia obiecta authori

quid libri & usui & oblectationi esse debuit Tanq̄ pudendum sit, nulla que ratione efferendum. Ex quibus principijs corpusculum nostrum coaluit, qua cura, diligentia, industria, iam coalitum ab aduersantibus seruari queat Quis præterea magnitudinē adeptu, & hanc lucem appetentis animantis partus atq; resolutio Proch immortales deos, O atrocem iniquitatem In cæteris animalibus non solum fabula hæc castißimas aures docta & iucunda commentatione oblectat Sed oculos quoq; pascimus sæpe, curiosa spectatione Quis hominū admiratus non est auicularū coniugia? Quis ad illos quum turgent lasciuientium passerculorum pipilos non surridet? Quis gallos terram ungui scalpturientes nunq̄ uidit quo ardore gallinas compressant, Nec contemplatus est, quemadmodum fugitantes persesequuntur, assequutas rostellis morsicant, & alarum remigio trepidulas uictores insiliunt Cui queso ignota est, & nō plausibilis excipitur illa columbarum ludibunda, quum maritātur uelut collabellatio. Politianus habet in Rustico.

de uteris docent.

Respōdet obiectioni

Murmur apricātes niuea dāt turre colūbi Expādūt alas, & Amicā blāda rogātes Oscula circūeunt, īsertātq; oribus ora qs Catellæ suæ (quā heræ deliciū ali.) nō lepidū cōiugiū quæritat, eāq; teneriusiā fœtuosam educat uti pulchellos formosulosq; catulos tollat, Quid? qd gregibus atq; armētis admissarios uberius saginamus ut quo tēpore soboli exudādū, & pluribus feminis sufficiāt, & firmiora semina præbeant futuræ stirpi, q; si iners, hebesq; in uenerē qs persstiterit, detersis spongia locis femineis, hæc naribus admota lāguorē excutit Rursus si qua marē nō patitur huius genitale (quæ res libidinē accēdit) attrita scylla cōfricatur, Quid tādē pretereūt? quibus studiū fuit eximiū, & mēs auida naturā eiusq; singulas operationes in quolibet uiuēte cōsectādi? Proīde nobis uitio uorti nō debet, Nec dāda solū est uenia, q ingeniū hisce in rebus fatigare præstuli. & industriā ad utilitatē cōferre, q̄ ignauo silentio torpescere: conatus hic aliquo palmaris gloriæ honestamēto cōspōuēdus erat, Et expectare debebā clari facinoris hostimētū nō uulgare Nullā prorsus turpitudinē effutio Nec uiā pādo ad scelera, Sciēs prudēsq; multa supprimo Et quæ ab alijs dictione phalerata, lenocināitibus uerbis īpudica nimis cōscribūtur, a me neglecta sunt & cōtēpta, q; si animus tū mihi fuisset, aut

Promouēdus est honesti conatus

author sciens multa suppreßit

ſet,aut etiã is nunc foret,plena uelliſicatione nauigare,& pro
flantibus uẽtis tumentia uela cõmittere Qualia doctorculi mei
audierũt nunq̃,ſtupidis ipſorum auribus increpuiſſem &iam
clangere potis ſum.Atqui me pudor auocat,& honeſti ratio
Eſt quatenus progredi licet,Elegans ſane diuerbiũ.Neq; paſ
ſim,neq; omnibus,neq; õnia. Sed quid hiſce ĩmoror, & plane
cũ morionibus moror.Apageſis hominũ ignobile genus Haud Scytharũ
cõfugiam hac cauſſa ad deſidendum a cubitis reuinctus tauri cõſuetudo
no in tergore.Quod facere cõſueuerunt Scythæ,Vbi quis ab
alio leſuſcupit ulciſci.Deinceps innocẽtia uitæ,tũ resipſa pro
be noſtra ſtudia cõmendãt. Neq; me fugit cuius uirulentum
pectus hũc nihili rumuſculũ efflauerit. Sermunculis gaudet Conatur
clanculariјs,& noſtri q̃tum potis eſt,exiſtimationẽ eleuat.O Ardelio-
ĩpotẽtem animũ atq; ĩbutũ nigro loliginis ſucco. Alexandro nes abſter.
magno Indiã petẽti ferũt Albaniæ regẽ dono miſiſſe Canem rere
inuſitatæ magntudinis.Cuius ſpecie delectatus periculũ face- Hiſtoria
re cepit.An corporis uaſtitati uirtus quoq; reſponderet exi- de Canib.
mia.Mãdat urſos,mox apros, & deinde damas emitti Canis Albanis.
degeneri preda offenſus,diu ignauo & obſtertẽti ſimilis accu-
babat.Imperator generoſæ mẽtis eſtu ſuccẽſus,tanq̃ inertem
interimi iuſſit,Albano factũ fama nũciat.Itaq; alterũ miſſitãs
mandata adiјcit ne in paruis experiri uellet,ſed in leone,ele-
phantoue.Duos ſibi extitiſſe,& hoc interẽpto,nullũ eſſe prete
rea.Nec diſtulit Alexander,& leonẽ protinus ſupplantatũ ui
dit Elephãto cõſpecto mox horrẽtibus per totũ corpus uillis
truci latratu ĩtonuit Ac belluã primo fatigãs deĩde cũ ſummo
ſpectãtiũ pauore afflixit terre Sic cõtẽpti habẽt uiri clari eua Clari uir
nidos obtrectantiũ ſuſurros Nec uires exerunt ſuas ad uerſus obſcuros
lucifugos blaterones.Indigna nimirũ turba in quã delibret te cõtẽnunt
lũ artifex iaculãdi peritus His deſperãda eſt ĩgẽtis gloria fati
Nõ gaudet uili ſãguine dextra potẽs Et hũc ecritecera dignũ Negligit
percellere poſſẽ,ac bonis oĩbus deſpicabilẽ reddere.Niſi huic aduerſari
corculo atq; aĩo certe ad meliora nato q̃ cõtẽtiones inuidias,ſy um
cophãtias,ſpiritus ſublimior ĩſideret Amiculis labor hic cõſe
cratur atq; albis (q̃d dicũt) ingeniјs Nos nr̃is ꝓ opibus mœnia
extruimus Cornicãtes iſti mei Graculi preſtãtiora,ſi habẽt nõcõ
dãt,ſed ꝓmãt,ac ꝓ ſpetioſo beneficio laudes,gratiaſq; canemus Alterius
At calumniari facilius eſt q̃ emulari,Iam ut magis ſrẽdeãt & bonis excã

 pro- deſcit liuo

procelloso inuidiæ estu efferuescant magis Profiteri non pa-ueo, hæc tam recondita in suis Psalterijs neutiquã inueniri. Et hoc libro conscribam liberandis uteris, que impostoribus istis nec audita, nec conspecta sunt. Populabundus per utraq; A-pollinis castra conuolaui. Et substiti non nunquam producta morula, Nec ut Canis e Nilo fugitans lambit, Sicubi incerta palantium oculorum acies ad primum contuitum cõfestim nõ apprehenderet, uti coniungerem, quod Musarum, & Medici-næ repertor sauctissimis mẽtibus illapsus ĩspirauit Habitat pro fecto quisquis est deus, non in una tantum familia, sed multa-rum gentiũ illustrator est. Dictu mirum, q̃ salutaria precepta tuẽdæ ualitudinis apud uates uel eo noĩe Entheos cõperies, q̃ multipliciũ herbarũ raras ac stupẽdas potestates quã arcana simulq; presentanea ad morbos crudelissimos medicamẽta, q̃ si ad hos sospitatores nostri conferantur, plane nugaces, ie-iuni & chrestologi censeantur. Neq; fraudi nobis futurũ ar bitramur, si optimam frugem undecunq; cõpilamus, Si in uer nantissimos poetarum campos predæ studio descẽdimus Nẽ-pe fieri non potest, nisi inedia mori decreuerit, quum ardens edũdi fames helluonem fatigat, quin omnes oberret areas, si qua uel spicam inuenisse queat placando stomacho. Socrates ne ab ipsis quidem mulieribus, quod ad rem foret, doceri in dignum existimauit, Nec erubuit Diotimam appellare magi-stram, Aristippus ex parentis cõuictu & familiaritate ad in credibilem philosophiæ cognitionem peruenit, ut hunc omnes Mitrodidacton, hoc est matris discipulum, seu a matre doctũ proclamarent, Galenũ Pæoniæ familiæ columen non dispu-duit ad sua stabilienda Homerum, Hesiodum, Pindarum gra-ues testes citare. Haud equidẽ diffiteor, metus est nõ nullis ne illecebris plaudiloquentium inescatus reliqua omnia auerse-ris, atq; ad ea lentior recurras, quæ fuerat operepretium ab ipsis elementis perdidicisse. In fabulis est, quum Vlysses ad Lo tophagos delatus, tris socios exploratum misisset, quinã mor tales ea in terra uiuerent, atq; his occurrentes Lotophagi nõ illiberaliter acceptis lotũ degustandam dedissent continuo re-ditus obliti cũ lotophagis & permanere, & lotum estare uo lebant, Habent profecto, habẽt & suam lotum non minus suc culentam atq; pellacẽ nemoris Aonij cultores, & quicũq; ro scida

Marginal notes:

Apollo Musarum & Medicinæ repertor

uatibus herbarũ mir cognitio

Calũniãtis dentem re uellit

Diotima Socratis doctrix

aristippus mitrodidactos

Indicat qđ periculum ex lectione poetarum

De lotophagis

scida Pernassi sub iuga montis eũt, q̃ si semel hisce te insinua ueris periculũ est, ut sunt obuij atq; flexanimes, mentem tibi effascinent, cogãtq; sitire nihil, q̃ in ipsorũ saltibus enata. Et putere inamœna dictites, quæ diuerso ex solo representãtur Ita fit tandẽ, ut opinione, ac iudicio falsus, ignores uel prima professionis tuæ axiomata. Iam nos olim disticho lusimus Pellaces sunt Poetæ

Qui res scire uelit, quas non est scire necesse
Hic nescit, quas res scisse necesse fuit

In hunc lapidem nequaq̃ philaletes impingit qui tempore succisiuo dispiciẽdæ ueritatis aucupio per omnium disciplinarũ ambitus uagatur, indagat, erui, quod ad cumulũ, atq; incrementum eruditionis suæ facere queat. Secus habet, si quas horas serijs, & cui nomen doctrinæ nuncupasti collocatas oportuit, nugis, aut in noscitãdis alienæ palestræ symbolis, curiosulus exigas. Post hec, consilium non est meum congestis remedijs utrãq; paginam opplere, aut receptarum (quod dicunt) multa milia coaceruare. Turgidũ nobis librũ redderent sed nihilo meliorem, non admodum pauca etiam primæ classis celebres authores prodiderunt. Quæ quum in usum ingentis subsidij magna spe accersimus, periculo minus respondent, & coruos deludũt hiantes, Vana, atq; in speciem magnifica pollicitatione artificem frustrantur. Porro mortalium nullus quam artem profitemur, spontaneis ingenij sui uiribus adinuenit, Quin tacito Numinis alicuius afflatu, aut casu fortuito, & exorta, & incrementa suscepit, Vernula charus Pericli Atheniensium principi, quum templum ædificaret atq; irrepsisset in ædis cacumen, ac inde prolapsus cecidisset, herba consanatus dicitur, Pericli monstrata somnio a Minerua. Sexus Pompeius prætorij uiri pater, quum uentilãdis horreis præsideret, acerrimo pedũ dolore correptus, in triticum eos inops consilij demersit, leuatusq; mirabili modo, non alio postea usus est remedio. Iam & immedicabilis ad hosce annos morbũ perstitit gallicus morbus, quẽ nunc translatum e Spagnola in Ilicum, seu Guaiacum radicitus reuellit. Animalia quoq; bruta herbas sospitatrices inuenere. Hirũdines Chelydoniã, Canes Canoriã. Cerui Dictamũ. Si Herodoto credimus babylonij medicis nũq̃ usi sunt. Sed qui ægrotos inuiserẽt, ad ea faciẽda hortabãtur quibus & ipsi similẽ morbũ effugissent. Et non nulli

Quibus Poetarum lectio non icõmodat

Authoris consilium

Prima Medicinæ rudimẽta

Guaiacum gallicũ, seu hispanicũ curat

Babilonij nũq̃ Medicis usi

tradide

Aesculapij xenodochium

tradiderūt uetustatem Aesculapij phanū tanq̄ Nosocomion seu xenodochiū, hoc est domiciliū ualetudinarium instituisse quo male affecti medelarū fomentis recrearētur. Cautumq; erat quo quisq; remedio cōualuisset, idipsum in templo ascribere. Eaq; ipsa medicamentorū capita hippocratem collegisse Varro credidit, & conflagrata æde Medicinā, quæ Clinice dicitur promulgasse.

Perscrutatur quare medicamēta defecta sint

Atq; grauiter me torsit aliquando insignis scrupulus, uel scopulus potius in quem impingere non modo, qui scalmū remigant, sed & qui magnis triremibus præsunt nō equidem miror. Quanā uel aduersantis fati inuidentia, uel mentis diuinioris renutu, nō sua uis, nec decantata potestas herbarū succis perennet. Et quibus pertinaces morbi solent propulsari, nec tātillulū promouent. In hoc salo fluctuāti mihi caussas confingo. Aut quia defectū solū, ac iam in quādam ueluti senectutem deuergēs, prelanguida uitæ semina habet, ac proinde frutices edit marcentes, & inefficaces. Lucretius inquit Vsq; adeo fracta est ætas, effœtas tellus Vix animalia parua creat, quæ cuncta creauit Secla, deditq; ferarū ingentia corpora partu Aut quia cœlū diuersum nostratis telluris fœtibus non tam propitios, ac salutares siderū ignes imittit.

Elleborus in Anticyra salutaris

Quēadmodū in Anticyra Elleborus tuto sumitur, Liuiū Drusum, qui tribunus plebis fuit quū morbum comitialem pateretur in hāc insulam nauigasse scribunt & Elleborū bibisse, atq; morbo liberatū. Aut quæ hoc seculo corpora nascuntur, arcana ui. & inemeditabili non obsequūtur, nec sub iuga sunt graminibus. Aut quoniā inexpiabilis error in herbarū appellationibus accidit, Vt prisca earum nomina nobis ignorata sint. Siue barbarorum imperitia, qui hanc artem sectantur. Siue q; uarijs anni temporibus, & regione itē diuersa, colores, figuras & omnē ferme faciē cōmutent Quantum labefactata sit Medicinæ scientia.

Pestis est, & abolitio cuiusq; scientiæ ab indignis eā tractari

Quātum ab Hippocrate Dioscoride, Galeno (sine quorū accurata lectione, impostura est omnis istec professio) hoc seculū desciuerit & ad garrulas quasdā ac sophisticas quæstionū ambages declinarit obscurū nō est. Si conciliatores, Iacobos, Vgones apud ea Gymnasia in præcio haberi perpēdas quæ nūc clarissima existimātur. Id passim in diatribis cū Iuliano Alexandriæ olim physico disceptatur.

Sit ne pictura Medicis ex usu

Sit ne pictura medicis ex usu. Multa nos latēt

uterũ libros perscutãtibus familiaria, & tã cognita, q̃ quæ
dominata suppullulascũt. Si reliquarũ disciplinarũ candida-
tis triũ linguarũ peritia, uel est utilis, uel necessaria, omnium
maxime qui medicinã exercẽt Græcanicæ literaturæ studium Græcarũ
adiũgere debẽt. Quod si Græce discere non cõtigit, ut nec mi- literarum
hi, propter tũ tẽporis infantiã cũ docilis esset ætas, atq; id no- cognitio
stri instituti ratio postularet. Proximũ fuerit delectu quodã necessaria
eorum uigilias excutere, & lucubrationes inclytas nocturna medicis
uersare manu, uersare diurna. Quibus deus optimus maximus Quid faci
ingeniũ, ac felicioris fortunæ sortẽ ad hec assequẽda dilargi- ãt q Græ-
tur. Haud alia in arte periculosius aberratur. Atq; dũ eã qui- ce nesciũt
uis illotis (quod aiunt) pedibus adit. Et quã male didicit, deuo Sepe mai-
rato inscitiæ pudore profitetur Euenit, nec secus cadit alea ut us pericu-
a medico sepius. q̃ a morbo grauior uitæ iactura imineat. Sed lũ a Medi
bone deus, Quos ego ad studia euoco literaria. Medicos, quis co q̃ amor
nescit philargyriæ magis, q̃ philosophiæ studiosos. oculatas bo
habẽt manus, Nũmorũ fulgorẽ aucupãtur, piscãtur, uenãtur Medici pe
quibusuis retibus, hamis, indaginibus, Literarũ splẽdorẽ ode cunie stu
rũt insectantur profligãt Quotus quisq; eorũ aut eloquitur diosi
latine, aut Romane scriptitãtium uolumina legit ac intelligit.
Glande saginãtur isti a barbara sua Circe excantati. Sues etiã
num repertis frugibus Ex uno de ceteris coniecturam facias
Eiusdẽ oẽs farine sunt, atq; eadẽ in corte saginati. Hos me pu Viros do-
tare interpreteris candide lector, qui nulla eruditione insig- ctos suspi
nes solo se titulo, & empto doctoris nomine uenditãt. Hi quũ cit author
indoctissimi sunt, plurimũ sibi arrogãt. Satis de quercu iã pe & admira
dũ uisa est uia. Præcẽtorẽ habẽt Pãdectarũ authorẽ. De quo tur
quis nõ expauescat illud sanctissimi, & in hac arte eminẽtissimi Leonicem
Leoniceni iudiciũ. Pollitiano rescribẽs de erroribus Plinij bo iudiciũ de
nus uir, inquit, quicũq; fuerit, libros õnia mẽdacia cõtinẽtes cõ Pandecta
posuit Quod hoc quoq; argumẽto palã edisserit. Capite. 124. rũ autho
ĩ hũc modũ habet, Posse dios. debẽt uero fieri trocisci ex his rum
admixto absinthio, duplici mẽsura, & una parte Camelee & Ca
atpucie iũcto melle, uel aqua, Dioscorides qdẽ docet ex folijs
Chameleæ & duabus partibus absinthij addito melle uel aqua
fieri Catapocia hoc est pilulas Allucinatus nimirũ & turpiter Quid Ca-
lapsus, ꝙ uocabulũ hoc Catapocia nõ pilulas, aut id quod nec tapocia &
estur, nec ligitur, sed hausti deuoratur quin plãtã ponus quæ Catapucia

Catapu-

Catapucia dicitur, significare existimauit Quod Galenus libro 2 de Medēdi methodo sui seculi ifelicitatē deplorās cōqritur Hodie quoq; uerū deprehenditur Nisi (inquit interprete Linacro) Magna quepiā miraq; mutatio humanarū rerū fiat, actū est de bonis studijs utpote coufusis ac corruptis, nemine ueritatem ipsam sed tantū scientiæ famā quærente, Optime enim profecto scis Hiero, ne quinq; quidē usq̄ inuenisse nos qui esse potius q̄ uideri docti cuperēt, Et libro primo, Medicos aduocāt, qui & frigidā dabūt, si hāc poscēt. & lauabūt quū iusserit & uinū, niuemq; porrigēt, Postremo quicqd uidebitur, mācipiorū ritu efficiēt Contra plane q̄ ueteres illi medici ab Esculapio oriundi, qui tanq̄ duces militibus, & reges subditis, imperare ægris uoluerūt. Nequaq̄ uero Getharū, & Tibiorū, & Phrygū & Thracū empticiorū ritu parere atq; obsequi, Itaq; nō qui melius artē callet, sed qui adulari aptius nouit, magis in precio est. Atq; hic adeo fit ut etiā sutores, & tinctores & ferrarij in Medicinæ artis munera insiliāt. Sic quondā fortes fuere Milesij, Sed ad institutū, mihi sæpe in dubiū uenit, q̄ quam nos maluā nūcupamus, nō sit malua de Caulibus aut non sunt braßicæ aut earū potētia iādudū elāguit, Crisyppus medicus priuatim uolumen his dicauit per singula mēbra hominis digestum Et Cato in libro de re rustica, quid braßicis nō tribuit? quibus Romani quoq; annis sexcentis pro medicina usi sunt, priusquam ex Græcia apud eos medici commigrassent. Has feminis purgationes ciere, partus quoq; mortuos pellere tradūt quot queso nostrates impeccabili edulio cotidie uescuntur? Et citra ullum incommodum etiam crudas manducant Si Dioscoridis authoritas non uacillat Anisum menstruis proluuijs imperat, Marathri semen muliebria eijcit, & his non solum innoxijs grauidæ utūtur, sed cum magna quoque opinione seruandi fœtus, quid commemorem de acetarijs (quæ silata uocantur) ex Cichorio, Chelidonia, Sansuco, Petroselino, Apio adde Absinthio, Saturea, Hissopo, Nec his quidem omnibus abstinent, Itaque nihil mirum, si magni sæpe uiri ad temerarias & ancipites curationes concedant, quum minus proficitur succis tam laudatis, Sic Octauius, quum distillationibus iecinore uitiato in desperationem esset redactus, ambiguam medendi rationem subijt, Sic M. Agrippa supremis suis annis acerrimo

Marginalia: Galenus seculi sui infœlicitatē egre tulit — De quibus author hesitet — Romani braßicis usi p medicina — Magni uiri ad temerarias curationes descēdunt

rimo pedū morbo conflictatus portentosa unius medicorum audacia liberatur Sic Hadrianus magicis artibus, & incanmentis aquam omnem intercutem uacuauit Neq; uiris amplißimis defuerunt, qui sanatricem artem profiterentur Sed herbarū mēdaci spe & falsi & frustrati sunt, Itaq; habito delectu quæ ipse nō ifrequēter certa ac fida cōperi ad unitatē cōscribā

Caput secundū ostendit indicia pariturae.

PRimum indicia instantis pariturae colligemus, ut quū ea promicuisse perspectum erit omnem industriam, atque ingenium conferamus ad praemolliendas futuri agonis erūnas, Siquidem grauis tempestas inciderit, & ad fortunulas demoliendas armauerit rapaces manus, Neque ab humeris nostris quin consauciet, ullo adminiculo queat retroflecti, Magno salutaris beneficij loco fuerit, tempestiuos frenos irruenti malo iniecisse, Ne ad satietatem feriat, ac pessundet sors malignior, Fortaßis hoc est, Sapiens dominabitur astris Haud secus meminisse oportet, qualia in primis nixurientis signa sese exerant, Ne imparatam indomita tormenta adoriantur Et periculum subeat ancipitis aleae, quum praestari poßit, uti omnia incidant clementiora ac minus hostilia concutiant Tantisper in utero conflatus embryon hospitatur, incrementum, & roboris auctum accipit donec expleta sint temporis decreti curricula, Per fistulā umbilicalem, qua app ensus libratur, influit sanguis materni corporis delachrymās in sinuosas iecinoris canaliculas, ut idoneā nutritioni qualitatē trahat, q̄primū sua quæq; homini mēbra genitalis excremēti potestas pfinxit protinus aīa elabitur, & nacti domicilij habenas soli ipsi uēdicat, Neq; alterius operā aut flagitat aut ī moderādo eget, utpote gnara ac potēs suapte energia omnē prouinciā obire, Tū euanida exspirat ea uis, nēpe munere suo defuncta, quæ a patre gignente defluxerat Ita huic corpusculo nihil in alimoniā secedit, quod nō ipsius animulae genuinis uiriculis cōcoctū sit, Atq; huiuscemodi regnū ī iecoris lacinijs primū exercet, uti necessum siet hic cōfici, & percolari, quicquid in alitionē destinatur, Stomachi ministerio nōdū indiget, quū p fauces nihil trāsmittatur Iā quoad par est gestātis succus, aut aptus saginae perdurat, Nec urgēt uitae auspicādae momēta, Latet suis in cubilibus, haud naturae fores patefacere

molitur

cōparatio cōcina

De foetus nutricatu in utero

quādo uis gignitiua expirat

molitur Causa motus & emigrationis prædicatur, Si i postremis mēsibus, q̄tū magnitudinis auctus cibi postulat, genitricis inopia non accurrat aut hora affulserit, supra quā, ut sese illatebret, rerum series uetat. Suos cuiq; animanti terminos deus dilargitur, & nascituro statas leges præscribit Vt modo uniformi & perpetuo tenore partus perficiant, Hac ratione homini accidit mēse nono nexū resoluere, & fœtū ablaqueatū elabi, quanquam & septimo quoq;, & octauo, & decimo, genitura contingat, Ita multiplex huic uni partionis tempus datū uidetur, quod libro primo de uteris a nobis dissertatur uerisimile tamen non est, in alijs omnibus, quæ iusta magnitudine indigent, & paulatim commaturant naturam aduigilasse & decreuisse præfinitos perfectionis dies. In homine supinā atq; negligentem obdormitasse, Nisi huic usu ueniat, q̄d in satis arboribusq; conspicamur. Liquidū est, colonis anniuersariam messem polliceri, sed non circa eadem recurrentis solis uestigia hoc est, Non semper punctim sub idem tempus in annis singulis demeßio redit, quin perturbati ætheris iniuria subinde procrastinatur, aut expectationē anteuortit cæli prosperitas, Ipsius preterea quod iaciebatur, seminis qualitas, & accipientis soli lubentia, quantum ad seram aut precocem annonam efficiant. Nemo est qui nesciat, Ad hunc modum parituræ tempus in homine statuere licet, Conceptum enim celerius animant, & uigor maternus, & excrementi uis in genesim illapsi contra eius, quod secernitur, imbecillitas, languorque gestantis cuncta lentiora reddūt quum difficulter (Columella inquit) iniecta genitalibus locis animentur semina, tum etiam conceptus diutius in partum adolescunt, ut qui peracto anno, uix mense tertiodecimo edūtur, Iam hijs defluuias siderum potestates adijcito Et qualem uictus tenorem grauida instituit Hæc quoque pars non minima uel adimunt, uel aspirāt, quippe cuiusq; rei maturitas nō cōciso tēporis spatio metiatur, sed qualitatibus hāc significātibus ut ematurū pomū, & tempestiuū arbitremur, quod ab arbore raptū in sua specie succū sapit digestū, & instā habet magnitudinē, & colorē inculpabilē Non aliter prudentißimo naturæ consilio partus legitimus incumbit fœtu iam adepto sui incrementi numeros, qui maturitatis æquitatē adimplent præfinitū est crescendi fastigium supra

Caussæ parturiginis — *Dubiū discutit tempore genituræ* — *Cōparatio elegās* — *Caussæ celeris aut dilati partus* — *quibus rei cuiusq; maturitas perspicitur.*

supra

ſupra quod in ipſis locis nihil progreditur,ſed abſolutus offi-
cinā eualuat,Siue eſt ſeptimo,ſiue octauo,ſiuedecimo,aut alijs
preterea cōtingat ſuū cuiq; fatū diſpēſat moderator deus & Vite ac ne-
ꝑ huius artificis uolūtate ſua rebus elemēta tēperāturut nec cis apud
grādiora,nec itē minora plaſmētur,In generāte nō eſt ſtatu- deum.
roſam ſobolē,aut uiuacē fundere,creatoris imperio ſubiecta
ſunt hæc Lecretius cecinit Deniq; cur homines tantos natu-
ra parare Non potuit, pedibus q pōtū per uada poſſent.
Trāſire,& magnos manibus diuellere mōtes Multaq; uiuē-
do uitalia uicere ſecla Si nō materies,quia rebus reddita
certa eſt Gignūdis,e qua cōſtat,quod poſſit oriri
Ex hac elementorum digeſtione, & rudimentis noſtræ coa- Eadē pri-
gulationis Sua cuique & uita eſt,& mors,& cætera quæuis, cipia & na-
Hinc alij æuo breuiori mundialem peregrinationem per- ſcendi &
agunt,Atque alijs niuei ueniunt in uertice cani Hinc & diuer- moriendi.
ſa naſcendi momenta emanant uti nō nullis in ſeptimū mēſem
ſors lucis præproperet atq; alijs tertiusdecimus natalis prote-
letur Iam in geminis uno cōplexu illapſis, alter maturus mēſe
nono eijcietur,altero decimū aut undecimum rite expectante.
Itaq; mulier caſſum atq; inutilū partū poſt nouē a cōceptu re- Poſt nouē
currentis Lunæ orbes abortire poteſt,Id ratū quoq; exiſtima- mēſes mu-
mus in cæteris animantibus ut Canis ante ſexageſimum diem lier abor-
legittimo nixu pariat,Aut ſupra ſexagenos, unum aut pluſcu- tat
los geſtationi adijciat. Quod Meroe amatoris ſui uxorem,
ob probrum dicacule dictum perpetua pregnatione dānarit,
Apuleius fabulatur,Poſt hæc reſolutio fœtus nō uſq; lubrica
eſt,aut tā incōſpicabilis in ambiguo hæret,qui iā appetētē cō
iecturis prænouiſſe licet caput nixurientibus meliuſcule habet
Et quæ ob atras impuri ſanguinis fuligines faciē fuſcedo ac Quare
nigricies obnubilabat,non exundante ſimilis notæ fomento ex pregnan-
oleſcit,ꝗprimum genitalis humor in aluo cōſiſtit,protinus ob- tibus faci-
ſerātur ora meatuū,ꝑ quos mēſtruus cruor uacuari cōſueuit, es obfuſca-
& corpus ſuperuacaneis liberari, Neceſſū eſt ergo obturatis tur
fiſtulis excrementa aduerſo gurgite retrolabātur, Ac tū ſeſe
conſociāt chymo ſynceriori Et peruadūt in foramēta corpo-
ris,ſub quæ alimonia irreptat Ita ſuccum interiorē cōſpurcāt
ut ipſa contagio per ſummā cutē prodatur quæ cū in facie te-
nuiſſima ſit,maximeq; pellucens,non condit adulterinum colo-
rem red-

rem, redditurque conspicuus ac turbidus continenti. Cæterũ imminuitur atque exteritur quãto embryon auctior forescit. Tũ propter naturæ calorẽ, qui acrior accessione alterius animalis huiuscemodi tenebras dispellit, atque serenat. Tũ quia uberior eius quod effluere consueuit portio trãsfertur in palmitis pabulum, Magna quoque pars ad lactis materiam in ubera ipsa procurrit, uti indicium sit non obscurũ instãtis geniture, quũ educationis fontes, plusquã soleant distendũtur, inturgescunt, & suos riuulos sublaxant ad lenes appreßiũculas, Malacia his ammoritur, Præcordia leuius reflant Latera maniũtur, Onus ad inguina deuergit, ac circa pectinem & parentis genitale prouoluitur, Ambulatio pigra ppter coxendices degrauatas Ardor, iflatio, tormina locos exercẽt, madorẽ quẽdã exstillãt lotiũ crebrius ac interuallis breuioribus piĳciũt Etiã septimus a cõceptu mẽsis, aut nonus, aut decimus supputatur Septimo nõ nisi pridie, posteroue pleniluniĳ die aut itẽrlunio cõcepti nasci dicũtur, Atqui meminisse oportet Ne uulgi fabula fias Neu te præcipitem monstret sententia uatem.

Mendax granidatio fallit medicos.

Quod hæc signa & si quæ sunt alia, nonnunquã peritiores medicos fallãt, ut pote uterus quũ intumescit incluso flatu, aut alia excrementorũ colluuies (molas dicũt) se colligit ac condit intra matricem, indicia afferre solent, qualia edunt nixurientes, quod Iohanni Mathæo nostræ palestræ (ut sunt nunc secula) antesignano in sua coniuge accidit, Et Campanus de Acciella non inuenusto carmine lusit.

Venter cum tumuisset Acciellæ
Septem mensibus & nouem diebus
Cepissetque lien parum dolere.
Acciri iubet illico obstetricem
Quæri fasciolas, & apparari
Sperato puerum editura partu,
Mox inter medias manus ministræ
Laxo poplite, cruribus leuatis
Lucinam geminans, quater pepedit.

Caput tertium de uictu parturienti obseruando.

Si con-

SI conspicato fumo exoriturū incendum metuimus Et quāta possumus opera ipsi de proximo uim aquarū importamus Et alienas preterea manus afflictim postulātes ad cūprimendam flammā, nisi repugnes, iam iam in rogū ingentē exarsurā, Si fathiscentis domus crepitu ruinā ueremur, & confestim ad robora subijcienda & substruēdas colūnas trepidi confugimus, imprudentis fuerit ac temerarij prorsus consilij præterijsse ipsius parituræ primordia, ac ueluti obstupuisse ad imminētis erūnæ laborem difficulter exudabilē, Victus rationē imprimis diligēter instituat, ac deliberet pensiculatius in hisce rebus, quas declinasse nō licet, ne præceps in pœnitēdū discrimē corruat, Nō de febricula ꝑpetienda hic agitur, nec de capitis inquiete, aut aduersa stomachi ualitudine. De uita res uortitur, hanc semel exclusam nunquam intro reuocaueris Et malum (si expēdas) secum atrocius trahit, quum in utero obseptus fœtus præmoritur, atque animam efflat, priusq̄ in auram effunditur, celestis regni iacturā facit, & aquæ lustralis aspergine non renascitur interpollis Cæterum hæc persequi, neq; lubet, neq; facturus operepreciū, Nemini ambiguū, quin ex incogitantia atq; incuria neglecti uictus sibi concilient propriæ incolumitatis detrimentum insigne, Et quis non perspicit? q̄ uitiosi partus excidāt hac caussa ut unū sæpius, atq; alterū, & mēbrorū plura fede distorqueātur, & discrepēt ab illo habitu, optimaq; artificis naturæ plasmatione, Sic infractis lūbis, Sic articulis luxatis, Sic carne informiter tuberāte cōceptus eijcitur, ꝙ si altius quoq; perscruatri fas sit, Primigenia nostri corporis labes in ipsam mentē exūdare creditur, ut hæc tantā diuini seminis cladem pati uideatur, q̄tam corpus accepit plasmatis noxiam, Et nequeat suauioris uitæ fructus edere, hospitiū sortita incommodum Ea sane philosophorū, ac medicorum sententia est. Corpore male affecto, animā quoq; delirare, Paruum cacut praue præparationis cerebri est indiciū Ex deprauato cerebro, operationes illaudatæ ꝑfluūt Pulchre enī cōseqtur, q̄cūq; ab aliquo pricipio dimanāt, ut huius qualitatē & affectionis notā referāt Quo fit, Si q̄s solers cōpiatur, tenuius cerebrū cēseatur poßidere, Si iers crassulētū, Si docilis molliusculū Si memoria pollet coactū Iā q̄bus ī colliculos cōsurgūt scapulæ

cōparatio nō ielegās

Obseruāda uictus ratio

incōmoda neglecti uictus.

anima pro corporis habitu afficitur.

Affectionum cerebri idicia.

aut pectoris crates pminulæ extãt, ob q̄uis leuiculã causã ex cãdescũt, irritabiles sunt atq; ĩprobi, neq; cõceptã irã facile de uorãt, An nõ est hæc princeps basis, & fundamẽtũ incõcußum cui superstruitur, ac innititur oĩs physionomiæ ratio unde (que so Zopyri uaticiniũ de Socratis habitu, hic erat naribus simis recalua frõte, pilosis humeris, cruribus repãdis, Ex his notis il le ppẽsum ad indecora pnũciabat, atq; in hæc Socrates natura ferebatur, Sed frenos iniecit, ac salutaribus philosophiæ insti tutis præualẽs ĩpetũ pdomuit, ũde ea Cæsaris uox Nõ metui crassos, Nimirũ energiã animi existimabat sequacẽ corporatu ræ. Molles quoq; carne, aptos mẽte Aristoteles putabat, ita nõ est de nihilo q̄ populari sermone uulgatur, metuẽdũ, ac decli nãdũ hoĩs ingenium, quẽ aberrantis plasmatis neuus infamat Proinde quũ nullo nõ tẽpore extimescẽda sunt hæc Accura tiori tñ studio prospiciẽdũ, Ne quicq̄ penitẽdũ incidat circa ge nituræ momẽta, ueluti poma, quũ gliscente maturitate manus poscũt facillime ab extrarijs sauciãtur, & liuorẽ cõuulsa tra hũt succo seu ex sanguine intercute suffuso, quæ quum cruda sunt & intẽpestiua, uix imbre saxorũ oppresseris Aer humifi cus sit atq; dilutus, solis ardores fugitẽt, Nẽpe calor immodi cus fluidũ durat, uuidũ torret, ductile cõtrahit, uires frãgit pul monẽ fatigat, ut semel dicã noxius est, ac grauis nixurienti Mõ tes pretrea descẽdãt, & loca petrosa, arenosa, & flatibus aqui lonijs obsessa, Nec minus incõmodat tẽporis aut circũiectis æ theris algor, neruos disiũctioni inobsequibiles reddit arefacit astringit, hebetat qcquid humorulẽtũ & ad fugã idoneũ repe rit, hortos inuisãt cõsitos fœnogreco Violis Maluis, Mercuri ali, Amaraco Pulegio, Calanũtha, Libanotide ut temperatus, & cõflatus suauitatis odor ex herbarũ fumulis Embryonem clementer proritantibus tum animam reddat languidæ, & u terum paret succutere, sanguinem quadam acrimonia imbue re uenarum labra morsicare, Turgidulos meatus ad effluui uium subpungere, circa fontes, riuulos, & exilientes purißima rum aquarum scaturigines considеant, suosq; uultus speculẽ tur in æquore ac refulgentis lymphæ placido leuore Neque Diana perinde improspera est Cuius iam olim numen perce lebre colebatur, Molle sidus madorem infundit, corporis ri mas diffubulat, obstructiones amouet Salutaria sunt hæc ac

Marginalia: Fũdamẽtum physionomiæ — Populare dictum — Lepida cõparatio — Aer nixurienti conueniens — Qualium herbarũ salutaris odor — Aqurũ cõspectus saluber — diana prospera

celarado partui, Haud prætcribo hoc loco Carrenis persua sum haberi, Si quis Lunam fœmineo nomine, ac muliebri sexu compellandam putauerit, uxori subiugus semper inseruiet ac misero capistro illigatus infœlices Hymeneos execrabitur Atqui marem deum esse crediderit, & lunum uirilem & masculum consalutauerit, is dominetur coniugi, nec ullas perfidi sexus patiatur insidias Gynecium ex aromate suffitum renideat Ambre, Musci, Ladani, Iuniperi, Calami, quod si temporis status nō sinat, ex uiolis rosis Nenuphare, Sandalis Ne que in eorum sententiam lubens concedo quamquam inexputabiles calculos etiam uirorum principū iactitent, & nos numero testium territent qui Embryonem suspēdi, atq; locos ipsos sursum rapi contendunt illicio suauißimi odoris, & rursus in præcipitium uolui fumo implacido, ac male olente quapropter in enixu fetida, & uaporātæ spiritu horrida naribus subijciūt, Mea certe existimatio est, quam nos matricem uocamus nō magis moueri, nō magis affici odoratis, q̄ liē, Hepar, uētriculus permoueātur, Sed qua ratione grauidis aromata sunt salutaria, neceßū est, ut ĭprospera diffiniātur, quæ graue aurā aspirāt, propitius odor potißimā uitæ nr̄æ portionē, nēpe cordis spiritū, recreat, alit, multiplicat, uires adauget, meatus obstructos repādit, Nec minus totū hominē exilarat, alacrē & fortē, reddit q̄ gaudiū, leticia uoluptas, quis hæc non magnis uotis si ab numine aliquo expectāda foret, supplex ebblādiretur, Et uxorculæ dolenter afflictæ, atq; opē inclamanti non redēpta uolet, Nullius morbi assultus tā est subitus, tā formidabilis, tā intercipiens, q̄ corporis oīa profligantis Syncopes & unde queso, prōptius auxiliū, celerius ac presentius remediū Si odoris gratiā auersamur quis non sui periculū fecit, q̄ uelu ti nouā & ascititiā animā receptet suauitatis ardore delibutus quā hiantibus naribus inspiramus, quam auido ore captantes insugimus, q̄ anhelanti pulmone deuoramus aurā herbarū, ac flosculorū exhalantibus succis fragrantē, contra afflatus ex situlētis locis halitus spirantē enecat, Menelao quoniā pestilēs est phocarum contages, & iuxta ea monstra cubitādum erat Proteo insidias struenti, Idothea pharmacum attulit ambrosiam sub naribus suaue olentem ponens, que illarum pædori occurreret, Id fortaßis incusant, quod in paritura pelliciente

Canrenorū deliriū

Am matrix odoriferis afficiatur

Authoris opinio

Odor bonus uitæ fomentum

aduersus Syncopen remedium est odor

Teter odor spirātē interimit

suffitu liberalius fœta reflat, ac celũ cupiẽtius trahit, Eo nãq; diaphragmatis motu, præcordia intro non solũ deuocãt quæ sursum illabũtur, Sed alliciũt ex uisceribus quoq; ĩfernis si q̃d tractile latitet utq; diutina anhelitus cõpreßio, ac nariũ occlusio nixuriẽtibus cõferre credũtur, ita & ipsa suspiria incõmodare Hinc ꝑfecto nõ magnopꝫ refragramur Si sæpe atq; immodice respirẽt Cæterum aromatis fragrãtia nihil officit

Matricis motus Matrix sursum cõscẽdit attracta, nõ ꝑcurrit sentiens odoris uim, & gestiẽs deliniri oblectamẽto olfactili Nec deorsum labitur aut defugit fastidio grauis ac tetri fumi ꝑculsa, quin huiusmodi obiectũ animã ꝑterrefacit, atq; ãnimãtis partẽ uellicat, quæ odorabilis exceptrix est Iam quũ nequeat ferire nisi spirabilis aura defluuias emanationes secũ inuehat & importet, q̃tũ natura potest, spiritũ cohibet, flatũ suspendit & intra cæco murmure oblectatur, ut hic conatus descendat in uiscera septo transuerso subiecta, & suppellatur, si quid decußile succubat, In hũc sane modum fœtida opitulantur ad onus ablaqueandum Sed tantum melioris uitæ profligant, ut id genus præsidij preterijsse præstiterit Nisi arcana proprietate, & energia peculiari polleant, quæ Dioscorides uocat Echolia,

Pariẽs tristibus fumis occiditur Equidem uereor ne quorundam præfracta temeritate & obstetricum audacia parens atq; fœtus ipse non nunq̃ fumis tam tristibus atq; inimicis occidantur, Presertim quũ in plusculos dies puerperia proferuntur Et tũ maxime, si dijs placet, ad has aras trepidi confugiunt, quũ minime oportuit Nẽpe ex erũnis, & angustijs prope confecta mulier uix animulã trahit. Et partus ipse ex diutina inquiete, & exantlatis laborculis conflacceßit Iam si quid effulgeat bonæ spei in spiritu adhuc superstite, reliquum suffocatur, & extinguitur Ita his manifestum est, quamtopere fallaces minusque perspectæ de

Quorũ salubris amolitio Hominis natura rationes, medicationibus obsint, Et quã hacinre sit ꝑnicioßißimũ claudi more pilã tenuisse Meminerũt preterea submouisse, quæ libro de uteris secũdo adalligata ipsos cõceptus cõtinere diximus, Nãq; taliũ pleraq; putãtur, uti nexũ resolui nũ sinant, nisi tẽpori sint abacta, Diligentiores rerum naturalium consectatores tradiderunt Pyra si quo loco parturigo incumbit reperiantur, difficilem omnino geniturã reddere Sic uulgo creditum, tantisper eum non expirare qui

animam

animam agit, sed moribundum miseris modis torqueri, donec eximantur, quæ aut in grabatulo aut substratis puluinis gallinarum pennæ innatant, Aetidem lapidem a coxis suspēdāt Anguium senectus (liberidem uocant) a lumbis gestata præstat, ut sensim conceptus procidat Macedonia lapidem gignit iuxta Tyresiæ monumentum in Tylphosio mōte bœotiæ, quē Peantidem uocant, Huic species est aquæ glaciatæ, & opitulari fama est celebris penna uulturina pedū plantis subiecta Embryonē suauiter trahit, In edulijs obseruatum oportet ne ulla ratione cōstipātibus utantur, & cibus sit concoctu facilis, boni alimēti, nō lētus. non glutinosus, non torquens flatu, neq; diutina inedia sese affligent. Nempe esuritio & acris fames conniuere, atq; considere cogit, quæcunque hiant in corpore, Et stomachus interanea sustollit ac uiolentus ad se rapit, uti cucurbitulæ extenuato per iniectum igniculum aere, etiam lōgius abiacētia inanes attrectāt Nimia quoq; fartura in periculū agit, Maximū (Paulus ait) in epulatione satietatis peccatū est, Prima fercula sunto iurulenta, aut iuscula pinguia carnium, Si pisculentus est dies de Caulibus elixis, pisis, cicere, cicorio, maluis, uiolis, Mercuriali, Spinacia, aut ieiuna potitet cremorem seminis Cytoniorum, Altheæ, Lini, fœnigræci Edāt passulas exēptis acinis, & Carycas, Cerasa, Pruna, Persica, Mora, non ad satietatem, In his plerunq; mandendi finis non fit sine periculo, sed ut uincula molliant, laxent, lubricent, Pomis utantur aßis, Aniso, Marathro, Cinnamomo, Lolio, Croco, Cochleæ in cibo sumptæ partū maturāt, Puluisculū soleo sorbēdū prebere, quū fœtura iā ppe est, q recipit, Cinamomi drachmas tres, xilocaßiæ drachmas duas, croci drachmā unā, Seminis ozimi, Sansuci Hissopi, una, scrupulū unū, sacchari duplū, totius fiat puluis & ex iure Anseris pinguiusculi sorbeat quoq; die drachmas duas, uti labores incidāt clemētiores, ac trāquilliora oīa obueniāt, Pauperculæ, & quibus aliud nō sinit egestas bibāt cotidie lactis Suilli Heminas duas, indito mellis pauxillulo. Neq; insalubre fuerit salis aliquid iurulentis addidisse quantum gustum moueat, ut uincula tētet arrodere, Porculos lactētes, itē & Nefrēdes, Vitulinā, Hedinā, Hagninā Pullos gallinaceos, Cuniculos, Turdos, Merulos, & interdū lupinæ particulā esitēt, Hæc aūt pridie iugulētur, Et

Vulgi fabula depēnis gallinarum

Partū maturantia

Eduliorū ratio

fames corporis uenas cōsidere facit

Puluis ad bores cōmitigādos

Pro tenuioribus lactis Suilli potus

De carnibus

 si hyems

si hyēs sit duos tres ue dies mactatio antecedat, nā hesternū q̄ recēs necatū prōptius cōficitur, ouis preterea sorbilibus uescā tur, hæc omniū in se cōplecti elemētorū qualitates Alexander Aphrodisens est opinatus hisq; mūdi quādā inesse speciē, cū in
De pisci- sphericā cōglobētur faciē, ac uitalē obtineāt potestatē, Pisciculis alātur ex alto, aut fluentis, seu inter saxa editis, itē butyro,
bus
De uino oleo Amygdalino, caseo recēti, uinū bibāt albū, & quale oligophoron Hippocrates græce noīauit, id si diluitur minimā sustinet aquæ mixtionē, nec atrū, nec acerbū, nec stypticū, mustū
Mustum egre cōcoquitur, atq; excremētosum est, aqua marina diluēdū
aqua ma- prius q̄ bibatur, uti purius, ac defecatius reddatur, Nēpe quic
rina quid in hoc feculētū & terrestre est, grauioribus implicitū ac
diluēdum cōuulsum subsidet atq; ideo Bacchus mari madefaciēdus dicebatur, & circa Liberū Delphini pingebātur, Galenus tamē uetuit Tethyos undā infundere, cereuisiā potēt unctā butyro, a-
de exertio cetū inimicū est, & aduersum, In excrcitijs profunda quies uehemēter officit, Perinde noxia est oīs defatigatio, corpus leniter succutiāt, inābulent, moueātur, colliculos pedibus superēt, sensim demeent, brachia sursum tendāt, armos expādāt, latera uolis manuū defricēt, Lintribus uehātur, & nauiculētur uentulo flumē nō nihil turbāte, aut quadrigis seu in equo desideāt
Ee somno Vigiliæ sint non multæ, somnus lōgior, culcitris substernātur
& uigilijs Sampsuci folia, aut Sauinæ, seu Calamynthæ Negociū diari
de execra um exibeat uenter caueant ab alui profluuio, A pharmacis, a
tione uena fodicanda, a thermis, a balneis, hæc uires populātur, & uigoris plurimum diripiunt, principes fœminæ cōsueuerunt
In labris in labris sessitare, & corpus cum e lecto consurgūt calida per
seßitant luere, In qua uiolariam, Maluam, Artemisiam, Fœnumgrecū,
principes semen lini, delixant, aut spongia ex hac imbuta seu panniculi
fœminæ applicētur uentri, pectini, & interfemineis, post hæc, oleo Anethino, Sisamino Liliaceo, butyro recenti, Dialthea fiat illinitio, pedes e gelida secundo aut tertio quoque die lauisse cōducit, animus gaudio læticia, uoluptate, ac sancta spe exultet, for
De affecti taßis ira non erit inutilis, & breuis quædam bilis succensio,
onibus ani non quæ relinquat amarum seu aculeum, sed quæ torporem
mi discutiat, & naturam expergefactet.

Caput quartum de paritura, & officio obstetricantis

Cæteris

caussæ dolorum in genitura

Cæteris aĩantibus ptus nõ usq; dolorifici incũbũt q̃q̃ necesśũ est ut & acriter doleãt, & affligãtur acerbe tũ ppter uenarũ, neruorũ, arteriarũ, & uiculorũ subitã fortẽq; diruptionẽ, tũ q̃a ipsa natura fathiscere debet, & ex cardine reuelli, dilatari aperiri, ut p eã eluctetur, effugiatq; pulliciũ p loci ratione nõ exiguũ, mulieribus uero dolores uehemẽtiores incidũt, & pertinacioribus erũnis diuexãtur, siqdẽ huiusmodi penarũ diritati ex magni uindicis mãdato propter æue præuaricationẽ deuotæ Capite tertio Geneseos multiplicabo erũnas tuas, & cõceptus tuos, ĩ dolore paries filios tuos, Iãq; cæteris animalibus in genitura obueniũt eadẽ oĩa mulieribus accidũt & uiolẽtiora & minus exudabilia Nẽpe corpus humanũ, ut in primigenia sui cõstitutione sortitũ est cõplexionẽ, aut elemẽtorũ tẽperaturã summatẽ ita & sẽsibus potitur uegetioribus, & supra omne uiuẽs nobilioribus proinde grauiores sunt carnificinæ, & minus patibiles lanienæ quæ unũ tale corpus exercẽt, quã si impurgatius, nec satis digesta excremẽti seminalis colluuie coactũ obsiderent Hinc nullius æq; formidabilẽ mortẽ extitisse asseuerãt, ut seruatoris nostri crucẽ sospitatricẽ, Speciosus enim præ filijs hominũ

Mulieres penis deuotæ

Cæteris animãtibus magis lieres

Simplici pabulo uictitãt animantes

Animãtes preterea brutæ, natura præmõstrãte simplicẽ uictus rationẽ sequũtur. Arbuteos fœtus, & gramina læta per agros

Ore legunt auido, & dulci de flumine potant

Non exquisitas ferculorum lauticias epulantur, non plus stomacho inferunt, quam commode perferre queat, Nec ulla pabula arrodunt, nisi uacua fuerit ingluuies, Atque ita paucas alimentorum exundantias aceruant mulieres ut ad paranda opsonia, & excogitandas condimentorum illecebras, ingeniosæ, atque industriæ pollent Ita non minus strenuæ amiculis liberaliter acceptis inter poculares concertationes assident cum cibis potationi paria faciũt Clarum facinus, ac palmare, si aut æquent, aut etiam superent uirorum intemperiem Necessum est, ut ex tanta ingluuie humorum ingens colluuio accumuletur, iam sic affecto corpori, dolor si alicũde incidat inuẽto alterius dolẽtiæ fomẽto magis, magisq; ferociẽs incrudescit, cæterũ nõ usq; noxiũ habitudinis bonæ detrimẽtũ cẽsetur, si crãbe bis posita nauseã pariat, si satietas nos capiat mẽsæ diariæ, hoc est, edulij sepius illati, & tũ iacẽtẽ appetentiam

Victus intẽperãtia luctuosũ recũdit puerperium

Appetẽtiã nouo cibo nõnũq̃ reuocanda

exquisitori illicio reuocaueris, Ita nãq; comparatũ est ut nulla sit tam blanda, pellaxq; uoluptas, quæ non sui assiduitate fastidiũ adducat, Aut cuius gratia non exolescat usu cõtinuo Sed una cœna tot paropsidũ centurias uorare, cruda, assa, tosta, elixa, in unũ hec omnia ceu barathrum coniÿcere, quid est aliud q̃ ultro præsens malũ accersere? Demum indefessus labor ac iugi perennis sarcina, qua perbelle exercentur bruta his præstat, ut minus ad pariture classica trepident, minusq; periclitentur. Artus desidia nulla stupidi torpent, Nec nerui marcore diutino inflexiles rigẽt, latera bona sunt, Mulieribus presertim stabilibus ac sellularÿs animus ad primũ crepitãtis claustri morsum cõfẽstim defluit, circũcursant, pallent, metuunt, respectãt, deos deasq; õnes inclamãt. O Iuno lucina fer opẽ, Nequiũt membra lõgo ocio ueluti intermortua euigilascere, nequeũt explicari, expandi, fathiscere. Nec tantillu lũ emota loco fœtui in hanc lucẽ prodire gestiẽti cõcedũt Vt introseptus sepicule conficiatur, nõ resolutis naturæ foriculis.

Labor ãte actus parture confert

Hoc opus Hic labor

Porro obstetrix e uestigio accersenda est, quũ parturiginis æstus feruere incipit. Aluũ uellicare, illa torquere, morsicare dorsum, Et humorulentũ aliquid locis femineis exturbatur.

Accersenda est obstetrix

Sunt quibus tam facilis, ac lubricus nixus est, ut obstetricantẽ nõ expectent. Et ad primã deuergẽtis fœtus uolutionẽ proiÿciãt, Aliÿs difficilior ablaqueatio incũbit, & in pluſculos dies protelatur. Quũ uentrem tormina exercẽt, & femina & genitale. ocissime enitũtur. Si latera, lumbos, spinam, uix tandem edunt. In obsessa Sagunto, cũ pene mulier peperisset, in uterũ retrogressus est infãs, Quod ciuitatis excidium significasse dicitur. Gorgias Epirota elapsus utero, cõsistere coegit inopinato uagitu matris funus efferẽtes. Mas nascitur, si pre fluit sanies diluta, pallidiuscula, Si cruẽta ac sordida puellã indicat.

Multiplex partus

Infans in uterum retrogressus

Cõfestim accelerans obstetrix unctos digitos oleo Sisamino, aut liliaceo in locos muliebres promittat, rimetur, atq; deliberet. Si prospero delapsu Embryon deuoluitur Aut altrinsecus adhuc hereat, neq; cõmode uacillet Tũ sermone adulabili soletur afflictã, atq; animũ reddat intrepidũ, fœliciter omnia cõnitẽte Christo successura cõfirmet, ac pro uotis stare Numẽ cœleste. Nulla æque nixuriẽti officiũt, atq; pudor, mestitudo, metus mẽs læua. Mulierculis aliÿs suffulta, clementer

Obstetricantis munus

ac pedetētim gradu leui per gynecīu inābulet, brachia sustollat, utraq; latera supprimat, φ si dolores exasperātur & uiuida fiūt naturæ labra, ac solutis repagulis gurges profluētior erūpit, protinus subiectis fulchris, ac substractis puluinis (huius nihil preterea meminero) reclinetur uēter, coxēdices, atq; interseminea unguine malassante liniātur, ex pingui seminis lini, fœnigreci, Altheæ maceratorū in aqua seu oleo uiolaceo, Amygdalino, butyro recēti, Potitet subinde uinū albū, defecatū, odorū, iuscula anserculorū, & in his coquātur Carycæ, uuæ passæ exēptis acinis, radiculæ Marathri Apij maluauisci, Cōsueui puluisculū propinare qui recipit Hissopi aridæ, xilo cassiæ, croci, ana, scrupulū unū, disterātur & sorbeat in uino tēperato aqua rubeæ tīctorū, aut Iuniperi, seu Artemisiæ. Eius imprimis (mea quidē sentētia) meminisse oportet, ut quoad fieri possit, delectatio in medicamētis nō negligatur hoc est, ne horridulū, tetrū, amarū, gustu seu olfactu deprehēdatur, qđ grauidis subministrauimus, qualiū multa animā perterrefactāt, stomachū cōturbāt, uomitū nixui (plusq̄ aliud) aduersum patrāt, sursum reuocātur hac uiolētia, & importuna eiaculatione, quæ deuergere, ac succūbere debēt, Nec uētriculū dūtaxat impbe labefactāt, Ipsa quoq; uitæ uiscera, Cor, Pulmonē, Hepar, Cerebrū cōsauciāt, Iā & ipsum Embryonē interimere potētia sunt, Hoc genus dicūtur Absinthiū, Abrotanū, Ruta, Colocynthis, Cētauriū, Galbanū, Castoriū, Mirrha, Asa, Ad hæc queso suffugia, q̄ prudētis ac pbi uiri officio fungi uoles, ppera nec descenderis, Neq; temere hunc lapidē loco moueas, sub quo funestus scorpeus dormit, Obstetrix īterea oleatis digitis naturā patefaciat, Aluū premat, Latera cogat, ut de thalamo suo egrediatur hō, Si crassitudine egre diducibilis uolucri (pelliculā dico Secūdinā) eluctari nequeat sūma unguinē acie, ne quid præterea uioletur, tēperato ictu fodicet, ac protinus solum uortet, Pedes si primi exeruntur, luctuosum instat puerperiū Sed intromissis digitis utrūq; brachiū apprehēdat & in latera ad coxas usq; protendat, & allectet in exortum, Si pes exturbatur, altero intus permanēte, eiectū retroducat grauidamq; iubeat paulisper assurgere, deambulare, sese succutere, donec opitulāte Christo uertex promineat, si utraq; manus aut altera in lucem prodeat, digitis ad humerum positis

Hora parturigmis

Puluis ac celerans partum

medicamē ta gustu sint nō insuauia

Vomitus in partu noxius

Secundæ unguibus secandæ

Remedia aduersus prodigiosos partus

intro-

intropellantur, Si altrinsecus hereat, perita manu ductim re-
uellet In summa omnis cura, omnis diligentia, omnis industria
eo spectent, ut Caput primũ elabatur, contra q̃ aues õnes, que
Regimen in pedes nascuntur, Porro fœtura, quũ in pluculos dies pro-
procelatæ fertur, ingens metus est, ne pariens deficiat, & Embrion pre-
partionis focetur Itaq; exquisitis cibarijs, multum, celeriterq; recreanti-
bus nutriantur, Huius generis uinũ est imprimis, Et quod Hip
pocrates Oenode appellauit, hoc est, si quis uinosũ reddat, uir
tus nãq; defatigata, ac pene collapsa refocillatur & reuiuiscit
huius energia, Itẽ iuscula Caponũ, Gallinarũ, Perdicũ, Pipio-
nũ, Phasidũ, Oua sorbilia, Testiculi gallorũ, Citrũ conditum,
Diamargaritõ, Diamuscũ, Redeãt subinde ad intermissam ope
ram Sed nullis laboribus, pressuris tormẽtis mulier delassetur
Presidia Iã si facto humorũ effluuio ariditas obstet, quominus partus
cõtu natu lubricet, Quod sepissime accidit imperitia obstetricãtis Quæ
re aridita Secũdas intẽpestiuiter findit, & discerpit priusq̃ deuerso capi
tem te Embrion sit aduolutus Tũ panniculi madidi, aut spõgiæ ex
aqua sufferuida, elixãtes Maluã, Violariã, Gallitricũ, Chamo-
millã, Iuniperũ, uentri spinæ atq; interfemineis applicentur,
Sed uiriũ nõ nihil adimit crebra fomẽtatio, Secũdũ hec adijci-
atur malagma ex Althea seuo & oesypo liquata Item pessuli
submittãtur, ac frequens illinitio succedat Aromata suffitum
reddãt, & quæ sanguinẽ eliciunt, Vngula Asini, Equi Mirra,
Ptio exper Galbanũ, Ego potionẽ cõcinno in hũc modũ uini, in quo Hisso
ta saluta pus cocta est, uncias quatuor, aut quinq;, butyri unciã unã, pul
ris ueris Aristolochiæ, Croci, Sauine, Ana, supra scrupulũ semis
sufferuefactũ bibat, Anhelitus cõpressio uociferatio. Sternu-
tus excitus puluisculo, Euforbij Staphisagriæ, piperis, saluta-
ria credũtur, Oscitatio in enixu letalis est, Sed nõ omnes mo-
Itẽ attulit riuntur, quibus letalia signa insunt. In genua procubuisse pre
in genua sertim pinguibus ac obesis, ut quadrupedũ ritu pariant, cõmo
pcubuisset dum cẽsetur, Sũt, qui laurũ celeritati partus cõferre putẽt ra
dice pota, Galbanũ bibitur fabæ magnitudine in uini cyatho
Dictamũ, Bethonicha, Daucus, Artemisia cõceptus exturbant,
Aristolochia distrita & in utriculũ proiecta fœtũ euocat, Itẽ
in uino cocta Atq; eo uẽter fotus nexũ resoluit, Semẽ Ari na
turæ circũlitũ partionẽ accelerat, Coxæ adalligetur Crocus
Coraliũ ætites, In manu leua magnetẽ teneat, Hec & alia plæ-

raq; prioribus libris incerta ad facilē geniturā magnifice opi
tulantur

Caput quintū de ſecūdis deijciendis

A Partu non minus negociū faceſſit ea membranula,
quā nos, Secūdinā dicimus, Aut Pliniano more Se-
cūdas, Nēpe intro ſubterfugiēs, nec a nixu cōfeſti Secūde nō
elapſa certā mortē adducit Cū epiſtomia occludat elapſe
quibus ſanguinis fluuius ex pariturae laboribus ꝓcelloſi excur mortem in
rere debet, Hic niſi libere eſtu ſuo feratur deorſum, redūdat fligunt
in partes ſupernas, & ſpiritualibus flatū intercipit, Iā natura
operū ſuorū prudētiſſima edito fœtu, quādo nulla amplius Se
cūdarū opera indiget, illas ſuo cōtubernio extrudit, Quæ ſi
lucifugæ, ubi ad limina foriū peruenerīt, recurrāt intro, eiſdē
natura nutricatū negat, Quare illico corrūpūtur, & putres
præcordijs uapores imittūt Iaq; calētibus adhuc locis, quū & Ingenia ad
a ſequēdo nomē habēt, cōſequātur quod ſi inobſequibiles relu extrahen-
ctētur, Vinculū illud, quo herebat cōceptus, coxe adalligetur das Secun
Tū peſſuli ſubijciātur ex lubrificātibus, Vēter, q̄tus eſt, punga das
tur oleo rutæ, Abſinthij, Athanaſiæ, Foueatur pāniculis ma-
didis ex aqua elixātes abrotanū, Sauinā, Iuniperū, Artemiſiā
Ariſtolochiam, Si prorſus pertinaces heſerūt, Nec ullis medi
camētorū uiribus queāt reuelli, Puerpera exquiſitis epulis re
creāda eſt, Et expectādū donec tabefactæ diffluant Intra lo-
cos unguētū baſilicō ꝓijciatur, aut ius elixæ Maluæ braſſicæ
Apij Mercurialis addito melle, & oleo roſeo, Secūdas moran
tes Panacis radices appoſitæ extrahūt, Eiusq; ſemē potū idē
præſtat Polemonia ex uino pota, Daucū faciliime reſoluit Ra
dix Cētaurij raſa & appoſita, Dictamū ſi bibatur in aqua fo-
liorū, Atq; adeo efficax creditur, ut ne in cubiculū quidē pre
gnātiū inferri debeat Anagyri folia in paſſo bibātur drachmæ
pōdere Vermes terreni. Itē in paſſo poti Lana in ſucco Cucu-
meris aſinini merſa Secūdas trahi dicūt triginta granis Gith
linteolo illigatis

Caput Sextū de excipiēdo fœtu ab utero

Quū ꝓflātibus uētis naturæ ſpecū enauigault infans
atq; aliud queritās pādochiū extra nidulū ī hāc lu Lucretius
cē eluctatus ꝓreptat uagituq; locū lugubri cōplet
ut æquūſt Cui tātū ī uita reſtat trāſire malo
rū Cōtinuo obuijs manibus tā expectatū hoſpitē alacriter exci
piat obſtetrix, Et aue dicto dijs ſoſpitatoribus grās acclamitet

De umbilici presectione Illicq; uiculū illud dirūpat, quo libratus in utero parētis ueluti ab arbore pomū suspēdebatur, Sed studio plusq̄ sancto, & exi mia cura, hāc pediculi amolitionē tēperet, ne ictus temerari us aberret, Infamis illa ueteratrix quæ Helenæ Iuliani cōiu gis partū tolleret, ab Eusebia turpi mercede corrupta dicitur *Historia de infami obstetrice* Nēpe Helena quū in Gallijs masculā sobolē edidisset, accita ob stetrix ex premeditato, plusq̄ cōuenerat præsecto umbilico, recētē animulā effugauit, Dyspnea, hoc est, spirādi difficultate intereūt quibus iuxta radicē uteri umbilicus præsciditur, Qua tuor igitur digitis ab infante amētū ipsum tenaci filo oblige tur, & ab nodo obligato rescindatur acutissimo forficulo, Nec *Vmbilici resolutio mortē adducit* nimia funiculi cōstrictio tenerū corpusculū affligat, Neu tā discincta & enodis siet, ut sanguinē uitæ pabulū resolutæ fi stulæ euomitēt, cordi sit nutriculis sæpius oculis designare, ac prospicere, ne nexus diffibulatio uiā pādat effluuio, Nō pau cis mortē attulit huiuscemodi uacuatio, lana oleo roseo imbu ta ad dolorē placādū uulnusculo adhibeatur, Septimo plerū q; die umbilicus decidit, ante quē nec nomina olim pueris im *Ex umbilico populare presagiū* ponebātur, Mirū quod ab autoribus nostræ professionis tra ditur ac uulgo receptū est, Amētū ipsum carunculas quasdā & tubercula quædā obiectare, ueluti certis internodijs diuor tiū sui facies Et tot numero cōspiciūtur, quot proliū ferax pu erpera manet modo, Veneri operā nō inuideat, Huius ratio in effabilis est, ut aliarū rerū cæca origine exortarum philoso *Pueri solent pileo insigniri* phos abstrusa fugit, Spartianus in uita Diadumeni, solent in quit, pueri pileo insigniri naturali, quod obstetrices rapiūt, & aduocatis credulis uēdūt, Siquidē causidici hoc iuuari dicūtur Admirari magis hæc, q̄ assequi licet, Exceptus utero ad situm *Lauandus est infans* extergēdū lymphæ aspergine pluatur, quæ ad ignē sufferue facta moderatū calorē trahat, Sūt q frigida perfundūt, ut cō discāt ab ipso lucis auspicio aduersantia perferre, & cutis iui *Peccāt lauātes frigida* cta cōstipetur, atq; indurescat cōtra foris incidētia, minus ob noxius est iniurijs caussarū extrinsecus ifestarū q̄ summū cor poris coriū sortitus est nō usq; perforatile, sed natura subitas & insignes cōmutationes egerrime fert, ut improsperū cēsea tur, calefactū repēte frigefacere, Presertim in etate primula, cerebro adhuc hiante, palpitante corde, Animula ex paritu ræ laborculis uix spiritum trahente metus est, ne in uitæ ui

scera

scera algor descendat, & deflaminet naturæ calorem, Iam ut immodica cutis incrustatio ab extrarijs sospitatem uellicantibus tutatur, Ita uinctum atque introclusum tenet bonæ ualitudinis temeratorem, Nempe turbidus uapor humorum intra uenas exundantium nequit differri, nec estus membrorũ spirantium difflari obturatis poris, quæ quam multiplicium egritudinum, earumque maxime letalium in corpoe presertim halituoso fomes sunt, & scaturigo pluribus enarrasse superuacaneum fuerit Proinde qui Christo teneriores insernatur, egelida aspergine lustralis roris perfundantur, ne frigor aquæ officiat Apud Spartiatas uino infantulos abluebant, experimentum quoddam habitudinis ipsorum captantes, Siquidẽ affusum merum acribus & dẽsis fumis obnubit cerebrũ, tẽtat ac percutit neruos prehumidos, adeoq; debilitat, ut confestim resoluat obnoxios morbo comitiali, ꝙ qui nulla in hac lotura egritudine corriperentur, habitus credebantur admodum sani, & confirmati Estate nostrates tepida lauant, Hyeme calidiore, Cæterũ quibus fluxa est corporis crasis atq; uieta membrorũ tẽperatura utilis est ex aqua perfusio Myrtũ, rosas, balaustiũ elixãtes, ut lãguidi & uacillãtes articuli cõfirmẽtur, Alij oleo glandiũ perũgũt, alij butyro, alij sale tenui saliũt, Alij farina fabacea cõspergũt, Alij paleis auenæ, aut hordei excipiũt, & fortaßis cõmodißimũ fuerit, si ex electo melle, & osse Sepiæ distrito ac modico salis liminẽtũ cõcinnes, Id cutẽ cadefacit, poros stipat, atq; exterit sordes infusas, Tũ perluatur aqua florũ sambuci, fabarũ, flosculorũ urticæ, Albinus imperator (authore Capitolino) cãdidißimus ab utero exceptus est cõtra cõsuetudinẽ puerorũ, qui quũ nascũtur rubere solẽt, Omne studiũ sit, contractã illuuiẽ effricare Nariũ muccus digitis eximatur, Aures purgẽtur, Palpebræ diducãtur, Extergẽdi oculi, in quos olei lachrimula substillet, Oscillũ curãdũ Papillulæ contrectandæ, ut expuãt, quod neglectũ suppurat in ulcusculũ Aluus mæconiũ, seu papauerculũ reddat, In summa omnes ductus, omnes Canaliculæ omnes hiatẽt uiæ, Si qua sunt membra minus expassa protendantur, Luxata reponantur, Tumefacta subsideant, Cuncta probe interpollet obstetrix, ac corrigat corporis dehonestamẽtũ, quũ adhuc molles & obsequibiles artus artificẽ manũ sequũtur, Infans, Galenus

Morborũ caussa est nimia cutis astrictio.

Spartiatæ uino lauabant

ad crasim humidiorẽ balneũ

Ad cutem albicãdã

Omnis illuuies extergenda

ait in

Infans ut ris alga

ait in fũmo humidus, ac ueluti maris alga paritur, nec in uiscẽribus tantũ aut carne, sed etiã ipsis oßibus quæ scilicet omniũ in nobis partiũ aridißima sunt, & item reliqua cum his mẽbra quasi cerea sunt ut ea nutrices fingant, formentq; Quin si recens editum porcellum dissectum inspicias, carnem quidem

De obligã gãdo querculo

eius præhumidã comperies Osseum uero genus caseo, qui modo coagulatus sit persimile, brachia utraq; ad latera & coxẽdices usq;, protrahantur, Genicula, crura, pedes uinctim sociẽtur. Ne aut uari, aut ualgi crusculis obortis reddantur, panniculis lineis inuoluendus, fasciolis, atq; institis uinciendus, ne membra sine uinculis fluctuent, & quemuis habitum accipiant in cunis collocandus idq; loco sublustri, aut tenebroso Hyeme calido, Estate suffrigido, in alterutrum latus reclinetur ꝙ si membra luctuosa, ac difficili partu sugillata sint, seu atra suffuso sanguine, expiatur in tergore adhuc calentis ab occisio-

cõtra uulgarẽ cõsuetudinem

ne bagni, postremũ meminisse oportet ne iam iam editus in sinũ uetulæ ac cadauerosæ mulieris eijciatur Consueuerũt in puerperijs ætate grauiores omniũ prime infantulũ cõplecti, & aue dicto, exosculari, contueri, mirari musteum uultũ, contẽplari notulas genitiuas, hinc aut illi lineas, a c similitudinẽ addicere, & arbitrarier ꝗ graphice parentẽ excribat soboles Interea continuo speculatu pestilens habitus efflatur in uisce-

Mulieres uirus alũt in uenis

ra tenerrimi fœtus Mulieres quũ per ætatẽ menstruo nõ liberantur, Neq; illã humorũ (nõ dicam qualiũ) colluuiem excernunt Virus alunt uenis introseptum, quod & uitiat, & cõspurcat omnẽ reliquũ corporis succũ ut quicquid ad hoc emanat,

Mulier speculum fœdat

contagionẽ affricet, cui illabitur, id prorsus confessum & extra omnẽ cõtrouersiã perspectũ Mulierẽ speculũ suo intuitu sanguineis guttulis obnubere, Fluor enim a sanguine sublatus & si conspectũ fugiat, sanguis tamen tenuißimus est, qui in leuore speculi factus craßior discernitur, Iam lippi & rubore suffusi oculi suorũ eiaculatione radiorũ ex aduerso cõspicãtes

In illirijs homines cõspectu occidẽtes

eodẽ morbo afficiũt. Et in Illirijs homines dicũtur qui emißis aculeis interimant, si quemquam ira succensi diutius perspectent Mirum ergo non est, neque fidem excludit, si oculus noxius uniuersa suorum radiorum acie feratur in uultum, atq; in ora recens editi ut huius sanguis contaminetur ex inuecto obtuẽtis sanguine per exceptos radios, qui uehicula sunt cor-

poris

poris emanationum At ipsa sui ipsius malo nō contabescit, uti nec letifer anguis uiuere cessat, quāuis pestilenti flatu cæteris animātibus mortem immittat, Tā perniciosus, & execrādus est spiritus ac continens obtutus annosæ mulieris, ut iam iam genito torporem scabiem, lepram, & alias plerasq; egretudines infundat.

Mulier proprio malo non distabescit

Caput septimum de regimine puerperæ

Posteaq̄ genituræ labores exudauit, dignū est, ut sui quoq; rationē habeat puerpera quæ pluribus alijs sufficiat partubus, In pedes igitur se statuat, & mulierculis suffulta manus sursum tēdat, brachia sustollat, armos expādat, latera defricet tußiat, sternutet ut sanguinis exūdātia subterfugiat, & si quid se condidit, atq; collegit intra loculos excutiatur Non est ambiguū, quin oēs uenæ, & humorū cōceptacula plus grauidis turgeāt, & maiori fartura onerētur, q̄ ipsis fœtu inanibus, Nam ut in cōceptū adhesit excrementū seminale, protinus occludūtur fistulæ, q̄bus mēstruo recursu solēt effluere muliebria, quæ nō effusa aduerso gurgite retrolabūtur in canaliculas alimoniæ designatas, Eorū tamē ingēs pars in stirpis nutricationē cōsi itur & portio non mediocris ad partū lubrificādum in genitalibus cōsistit, Iā reliqua uis procurrit in cōceptacula lancis uitam alētis itaq; ab enixu corpus totū pādiculetur, ut laxatis uenis & apertis epistomijs foras erūpat inutilis fluuius q nisi expatietur, turbidis pcellis efferuescēs egritudines gignit primus decubitus in dextrū latus propter subiectū Hepar, hoc situ liberalior fit humorū excretio, matrixq; lassata, ac pene cōfracta se melius colligit, & fortescit, nec insalubre fortaßis fuerit decubuisse in quā partē uterus uergebat, pedes altiusculi locētur & minus operiātur, ne pōdere superiecti uenæ considеant, & quod illapsum est, nequeāt remittere, corpus reliquū stragulis ac lodiculis cōtegatur, & sudet, Neq; mēbra desiactet, aut refrigeria quærat dispersis & retectis pedibus, algor maxime incōmodat puerperis, q nō patiatur collectū pus differri, & tormina acresq; dolores pariat, in intestinis sudor linteolis calidis extergēdus ne cuti adherescēs uiā precludat spirationi cibus sit tenuis & cōcoctu admodū facilis, ne calorē opprimat inbecilli iecoris, adeo huius uires deterit, ac labefactat sāguinis fluor, ut pep-

Spiritus annosæ mulieris infantulo grauis

grāde humorū copia onerātur.

decubitus puerperæ

Algor puerperis icōmodus

De obseruādo uictu

ut pepsim egre perficiat Et hac ratione aquã intercutẽ nõ pauce contrahant, Nullũ esculentum minus onerat, magisq; alit q̃ ouũ sorbile, Item iuscula Caporũ, Galinarum, pullorũ, pipionum, Turdi, Meruli, Vitulina, Hedina, Quicquid facile cõmutatur in succũ sincerũ, & alibilem, Lepusculi enecta matre execti, aut uberibus ablati non repurgatis interaneis gratissimo in cibatu Romanis habiti sunt, Quod feminis, ubi parere desijssent, restibilem fecũditatem afferre putabantur, Lactis prõpta est concoctio ac probe nutrit, si mellis aliquid & salis pauxillulum adijciatur Celeriter in sanguinem transit, quod ex sãguine concretum est, Abstineant a piscibus, ab oleribus, a fructibus, Hec flatu ac crudis chymis uenas implẽt, Nostrates peccant manducãtes poma oleo aut butyro in sartagine frixa, & ouis concussis pfusa, Potus idoneus lympha sachrata Alij uitellum incutiunt, Alij uinum dilutum prebent Alij cereuisiam dulcoratam, Alijs placet butirum, & oua addidisse, Non admodũ mihi placet unctum poculentum, quoniam eo stomachus facile resoluitur, & aluus lubrica fit, Ptisanam multæ bibunt, Iam ex ijs, que uentri extrinsecus applicantur, & cibariorum digestionem promouent, Manuũ uolæ, aut puellus boni habitus una sic accubans, ut semper abdomen eius contingat, Seruandumq; imprimis, ne sudore perfundatur puellus, neu humecta sit cute refrigerabit enim, & imminuet cõcoctionem, Serenus habet, Lactentem catulum infirmis apponere membris Conuenit, omne malum transcurrerre fertur in illum Vt cunctus uitium ducit de coniuge cõiunx, Somnus moderatus sit, etsi subinde conquiescat interdiu, non nihil iuuerit ad remittendum parituræ laborẽ uigiliæ ĩmodicæ præter capitis dolẽtiã, febres accendũt, Tertio die mẽbris utcuq; firmatis exurgat lecto suffulta atq; adiuta, uenter succingatur molli fascia, ne uinculis nondũ tenacibus uolua procidat, cõsueuit hæc improspicientia (quod a me compertum est) detrimentũ insigne adducere, ut delapso utriculo egerrime lotium reddant, neq; maritũ patiantur, Huic præsidium est Maluæ semen brachio adalligandum Rursus excusso lecto & subiectis puluinis reclinetur Membra ante partionem ad hiatum iũcta, post commodũ ef, fluxũ astringantur oleo Myrtino Nardino, Masticino, spongijs foueantur madidis ex aqua Cumini, Coriandri, Cupreßi

ce idoneo potu

de his que concoctionem adiuuant.

De somno & uigilijs

Volua in lapsum prona

Myrti

Myrti, Rosarū, Deinde post dierū alteram hebdomadam cor pus totū perluat sessitans in labro (Medici tinam uocant, aut semicupiū, rectius fortassis tinniū dixerint, Celsus solium) Hic ritus principibus fœminis adlubescit, ut cutem expurgent, & extergatur illuuies sudorulenta, artusq; confirmentur ex fœturæ cruciatibus prelassati, Paulus ait, Calidum lauacrum sol uit fatigationem, discutit plenitudinem, calefacit, mitigat, mollit, flatus diffundit, somnum allicit, corpulentum reddit Est quidem commodissimū cuiq; uiro, & mulieri, puero & seni, & pri uatis Hoc subsidio utentis elixant Chamomillam Melilotom, Pulegium Mentham, Nullum ab humo pondus sustollant, nec scā nis editioribus cōsideant Neq; intortis, ac subleuatis cruribus sed expassis in molliculis plumis seu culcitris, Stermutatio sub id tempus noxia, item tussis, uociferatio, & quicquid corpus intemperanter concutit, Maritos fugitent, neq; concūbant, Athe nienslum matronæ ad Veneris impetum cohibendum solent in uiticis folijs somnum carpere, Moses tribus & triginta diebus si masculum peperit, purificandam iubet, Si fœmmam diebus sexaginta sex, Creditur tamē septima die ab enixu facillime cō cipere, Ventris onus quoq; die moliatur extrudere, quantum satis sit, pro alimenti, potionisq; multitudine, Si magis citare uoluerimus paulalum radicis ponticæ (nos reubarbarum dici mus) uorent, Mercurialis cum sale ex aqua cocta, & cōmesta atq; ius eius epotum, Item Sambuci folia, & Polipodij radix, Seri quoq; lactis heminæ tres cum sale aut melle Veteris galli nacei ius idem prestat, Optimum fuerit a cæna Aloe trium cicerum magnitudine uorare, aut Epythimum ex uino, aut tere binthinam glutiāt quæ oliuæ magnitudinem æquet Item lima cis iusculum, Pruna damascena, Cassia, Manna, flores uiolarum cum sacchāro Quod si aluus astrictior sit, nec stomachus ob imbecillitatem ea sustinet, quæ uiolētius subducūt De coctū ex althea, fœnogreco beta subiciemus, Interdum & oleum per se infusum opē ac presidium attulit, Ibis uolucris usū clisteris monstrauit, rostri adūcitate per eam partem marina se perluens, qua reddi ciborū excrementa salubre est. Sepe numero & glādibus utimur ex sale asso, & melle. & nitro, & stercore muris Sed qa uellicāt nō sine oleo aut butyro adhibeantur, Neq; (Paulus ait) assiduo faciēda sunt hec, ne ob crebrā

De balneo in labris

Cōcubitus fugiendus

De excretione mouēda

De clisteri & eius inuentione

De glandibus

irritationem natura spontaneæ secretionis obliuiscatur, urinā mouere studeant, & ex aqua Scandacem Apium Asparagum potitēt, Animi affectus sint gaudium, pax, tranquilitas, oblectatio, Spes ingens stirpis adhuc reliquæ, Sed quibusdā multiplicatur gens, & non magnificatur lęticia

Caput octauū de doloribus, quibus puerpera uexatur a partu

A Partu plerunq; doloribus exagitantur fœtæ, & cruciatus acres contorquent locos, Puellulis ac non ita sæpe prolificis hæc magis accidunt, Nempe uacuandus humor non assueta resolui uenarū labra repandit, ac uiolento impetu excurrens nouas subinde fistulas pertundit, huius remedium presentaneum est, Si acceperis xilocaßie drachmas tres Cinnamomi drahmas duas, nucis muscatę drachmam unam, Croci drachmam semis, hæc in puluerem disterantur, & potęt drachmam unam ex uino albo

Causæ dolorum a partu

Puluis cō mitigans

Caput nonum de inflatione, ac duritie uentris.

QVum uentęr inflatur, ac alterutrum latus duritiem colligit, Id accidit, si cruda uentositas, aut densus flatus se condat intra matricem, ac muliebres locos distendat, Aut cū sanguis a paritura, q̄tū satis est, non elabitur, hic conglobatus, quam partem obsidet, in tumorem attollit, Præsidium adfert fomentum ex aqua, & uino, si elixes Chamomillam Meliloton Artęmisiam, Pulegiū, Cuminum, Post Rutaceo seu Anethino unxisse conuenit, Galenus, 12. de Medendi methodo dolor, inquit, qui spiritum flatuosum comitatur, propriam quandam habet curationem ex cucurbita cum flama copiosa, sudinde admota, uidebiturq; tibi præsidium hoc in huiusmodi affectibus, incantamenti cuiusquā simile quid efficere, siue hi in intęstinis, siue in quauis corporis particula sunt excitati

Caussæ distentionis & tumoris uētris

Nota de Cucurbitulis seu uentosis

Caput decimum de dolore & tumore mammarum

SI affluente humorum exūdantia dolent mamillulæ lactis asinini potu mulcentur, quod & addito melle earum purgationes adiuuat, Oleum rosaceū aceto mistum, atq; illitum dolorem remittit, Italiæ principes fæmine, quum lactare nolunt, confestim ubera perungunt tęrebenthina, nos fouemus ex aqua elixantęs Menthā Myrtū, Nasturciū, Rosas, Coriandrū, Et malagma circūponimus

Terebinthina mā mas reficit

nimus ex Oriza in iure gallinaceo cocta, cum farina lētiū, & Glandiū, & Chimolea Caput, 11. de febribus enixarū.

Si ex multo sanguine accenditur febris dextri pedis sophenam secet ac cle enter aliquo aluū moliente laxetur, quod si flammmam atque ardorem fœturæ labos exuscitet, iusculum bibat pulli decocti cum spinachijs lactucis, endiuia, cichorio, Edat granata dulcia & saccharū uiolaceum, de floribus boraginis, buglossæ nenuupharis. Caput duodecimum maternum lac infanti tribuendum differit, & de regimine lactantis

Sperepretium facturus non sum, si longis ambagibus, atque altius repetitis rationibus astruere moliar, quod confessum, meque conticente perspicuum est, Saluberrimum ac prope necessarium proprios liberos matres educare nullius animantis tam bruta natura cōperitur, neque ingenium tam ferox, quin pro uiribus suis alere studeat, quod peperit, Quid hic commemorem: quantos labores, q̄tas erūnas, q̄ta discrimina nunq̄ nō adeāt pro nutricāda stirpe, quis nō uidet luculeuta eximiæ pietatis officia cō mōstrent, Immanis ursus cādidā, informēque carnē edit, muribus paulo maiorē, sine oculis, sine pilis, sine sensu, Hāc lābitat circūligit, pectorique apprimēs, nō alio icubitu, q̄ oua uolucres cōfouet, Similis est leoni erga sobolē industria, Tygridis ardor in suos fœtus predatoribus nō est ignotus, Et sæpe urget deflagrās amoris fax crudelißimas beluas omnē feritatē exuere grā seruādi partus, tradidit (authore Plinio) Demetrius phisicus Pātherā apparuisse patri cuiusdā philinis affectatoris sapietiæ, atque illū pauore cepisse retrogradi, ferā uero circūuolutari, & blandis gestibus blādicītē, simulque sese cōflictātē merore, exciderāt fœtæ in foueā catuli, ille secutus, qua trahebat ueste unguiū leni iniectu ut caußā doloris deprehēdit, catulos exemit, salutis suæ mercedē, & ab ea deductus est extra solitudines læta ac gestiente, Iā hoīs illud erit? q̄se sūmi numinis participē uere iactat, in utero aluisse, qđ nō cerneret, ac ꝓtinus ablegare, & ꝓtrudere ex se hominē genitū, in hoc articulo matris adminicula opploratu querulo inclamātē, O saxea corda, O truculētos aīos, si īpscrutabili mētis excelsæ cōsilio mēbrū qđ q̄ ad unū aliqđ, pluraue ministeria editū arbitramur, ut sup-

Matres alere debēt suos ꝑtus

Vide hic q̄ in brutis admirabilis sit deus

Historia de Panthera

nullū mēbrū super fluum

uacaneũ eſſe nõ poßit, nec exemptile preter totius, aut ab hoc dependuli commoditatẽ, An exiſtimandum ſit, adiecta fœminis ubera, ornatus ſeu infrugiferæ occaſionis gratia, Fontes ſunt humani corporis educatores, ex his arcano præceptricis naturæ impulſi prima uitæ auſpicia fouẽtur, Et his ſi recens in hanc lucem effuſi admouentur, mirum quo ardore, ac impetu, ſtudioq; laticem illum per has fiſtulas ex materni cordis riuo profluentem illectent, exugant, abſorbeant, Quid quod nullius habitus parturientis tam malignus, & exuccus eſt, cui preſto non ſit ad alendum fœtũ lactis hubertas ſanguis in genituræ locis, poſteaq̃ penſum ſuum abſoluit, corpus hominis perficiens, idem aduentante partu recurrit, ac retrolabitur in partes ſupernas, Mox uberum gemino calore, ac ſpiritu concoquente candefactum exalbet, dulceſcit, lac conficitur, blandißimum pabulum ad fouenda uitæ primordia, ſic Lucretius

Omni puerperæ lac datur

Sicut nunc fœmina quæq;.
Quum peperit dulci repletur lacte, ꝙ omnis
Impetus in mammas conuertitur ille alimenti

Iam & huc interpretandum cenſeo, illud beneficæ naturæ conſilium, quo matris fœtum educantis (ſi Nigidio credimus) lac non corrumpitur, etiam ſi concipiat, ſed ab eodẽ, ut ſimul multiiugam uenerẽ damnans hoc altricis probitati tribuat, quæ ſi uelit, etiam a contracto nexu ablactare poßit infantulum Et item alendæ ſtirpis neceßitati largiatur, ne degenerem cibum cogatur emendicare, Ingenti preterea ſollicitudine opus eſt, diligentia, cura, induſtria in nutricatu, quæ omnia nec ab alienis ſperanda ſunt, ſed perlubentes preſtant genitriculæ, ut nullis uigilijs laſſeſcant, nullis uagitibus exaſperẽtur, nullo pedore cõſternantur, Id facit coagulum, atq; glutinum inſuperabilis amoris, quo parentes cum filijs natura ſolers committit. Cæterum quæ partus ſuos deſerũt, uinculum hoc diſſibulant & reſcindunt, ubi (Gellius ait) infantis aliorſum dati facta ex oculis amolitio eſt, uigor ille maternæ flagrantiæ ſenſim atq; paulatim reſtringuitur, omniſq; impatientißimæ ſollicitudinis ſtrepitus cõſileſcit, Adde ut auicularũ nonnullæ, ſi præreptæ caruerint educatione paterna, haud eandem uocis ſuauitatem modulantnr, quam ſui parentes excinunt, ſed moribus ac cantibus cæterarum auium obſtrepere inſueſcunt

Obſtupenda naturæ beneficiũ

Amor parẽtes & filios cõglutinat

Aptißima cõparatio

aut mas

aut magister artis ingenijq; largitor uenter occlamatū, χαῖρε docet imitarier, sic nisi parentis spiritū, & quodammodo mētem in ipso mammarum succo liberi trahunt, indolem longe diuersam indipiscuntur, Postremum alimentorum omniū maxime alibile est, quod notum, familiare, consuetū, Id nullo exhibito negocio celerrime transit in corporis partē, quippe quibus magna qualitatū dissētio, priusq̃ in gratiā atq; habitum unum conueniant, diutina, ancepsq; colluctatio fit, & trumq; fortassis alterum uitiat, Homo concretus in utero, atque coalitus materno ex sanguine proinde huius potissimum papillulæ uictum afferentes cognitum, & genitalibus rudimentis concordē, opimāt ac saginant infantē,

Similia celerriē nutriunt

Quod si nutricationis munus obire nequeat parens, aut propter aduersæ ualitudinis incōmoda, id namq; impedimento esse poterit, aut quoniam metuit ne assiduo suctu ubera subsideant, quæ instar colliculorū uerrucantium prominula extabant, & perferendis laborculis defluat elegantioris formæ uenustas, tum arefacit, ac restinguit, non sine periculo auersi corruptiq; lactis fontes sanctissimos Sunt quæ filios extrudant studio aliorum gignendorū

Nō omnis parēs partū educare potest

Accidit sepenumero ut lactātes nō concipiant, geniture materia se proferente in supernas partes, alijs non sinit egestas partum enutrire, alijs item matribus mens est usq; uitijs obsessa, ut ortū malis principijs fœtum in alienam familiā trāsferre prestiterit, Iam multis uiam intercludit mors,

Lactantes nō concipiunt

Porro in deligenda nutrice ratio habenda est, uti nullo prorsus, quoad fieri potest, morbo laboret, neq; grauis ætate sit, neq; admodū iuuenis, ita ut iunior, annis uiginti minor non sit, Grandior uero annos quinq; & triginta non excedat, pectore procero, mā mis turgidulis, papillulæ neq; nimia longitudine promineant, neq; curuitate auertātur, reliquo quidem corrpore, nec obesa nimis, nec strigosa macie,

Ratio habenda in deligēda nutrice

qui bonæ ualitudini bene consulunt eorum consortia fugiunt, quos infœlix tēperatura morbidos reddit, & his familiaritate copulantur, quibus corporis status quadratus est, & habitus integer, qualem nec gracilem dicere, nec crassum possis, sed nec pallidum, nec rubentem, nec calidum. nec frigidum, hunc Græce eusarcon uocāt, Simili studio enitendum. ut altricula q̃optime ualeat, Id quoq; lactenti magnopere conducet, si masculum peperit, sed non ita pridem

Viuēdum inter homines salubri corpore

alatur sorbitionibus, & carnibus suillis Ab arefacientibus ab stineat, quod genus lentes, fabæ castaneæ, caseus uetus, panis exuccus, Ceruina, leporina, bubula, Ab aqulentis Atriplex Spynachia, Melones, Cucurbitæ, fraga, Mora, Pruna, cerasa, Ab astringentibus sorbæ, Cydonia, Mespila, Oliua Ab acribus, Allium, Porrum, Cepa, Ab acidis, salsis, acutis, amaris excellenter odoratis, bellarijs, condimentis, A uino, lac suis per se potum, deficientia ubera replet, Item raphanus coctus, Ptisana cum fæniculo, presertim uiridi, aut cum semine, & ipsum mansum, & anethum, sisaminum, anisum, semen lini, farina milij, tritici, cum iure Gallinarum. Cancri fluuiales Ouium, & Caprarum ubera, Bruca uiridis, Mulieres (inquit Columella) si lactis inopia premuntur, Cytisum aridam, in aqua macerari oportet, & quum tota nocte permaduerit, postero die expreßi succi ternas heminas permisceri modico uino, atque ita potandum dari, Sic & ipsæ ualebunt, & pueri habundantia lactis confirmabuntur, Celsiores quoque fore Plinius existimauit, sed meminerint ne his aßiduo utantur, quæ uiolenter nimis eliquant, Humeros & manus exerceant texentes aut baiulæ in ulnis infantulum circunferentes, caueãt effluuium uẽtris ab inertia, & somno, A peruigilijs, A uenere, Animi prorsus sint ab omnium affectionum intemperantia alieni

A quibus astinendũ sit nutriculis

Vbera succo replẽtia

Caput decimum tertium de bonitate lactis.

Optimi lactis significatio, quod plurimi existimant, candor non est, Sed si liuorem non nullum trahat, & mediocriter crassum fuerit, gustu suaue, & quã dulcißimum, odore gratum, nullamque externam qualitatem ostendens, quale si in pollicis unguem aut in tersi speculi leuorem substilles ungue aut speculo inclinato, neque celeriter, neque tarde defluat, alia quoque nota est, Si lac ipsum in uitreum calicem proijcias, & digitis agitatum sinas concrescere, Si plus seri uideris q̃ casei, inutile, si uero contra erit ad alendum ualidius, sed concoctu grauius, quod utrumque modice habet optimum censetur

Candor non est significatio boni lactis

Optimi lactis notæ

Caput decimum quartum de fissuris papillarum

Accidit

ACcidit quum in lactentis ob nutriculæ uberum papillulas insertant tanto ardore, atq; auiditate fellitare infantulum, ut eas sepicule conuulneret, & metus non nunq̃ sit, ne totum mammæ capitulum abstrahens deglutiat, q̃tum illati uulnusculi dolos afflictet, altrix non ignorat, Et toties nouus recensq; incrudescit, quoties ubera sitienti porrigit, Helenam comperio Mineruę calicẽ consecrasse ex electro mammæ, suæ mensura, Non iubeo Rumiliæ (hæc olim dea infantiũ nutricationi præsidebat) ut uota nũcupent, quin supplices auxiliarem aduocẽt uirginẽ, quæ & ipsa olim cordis sui sanctißimo latice seruatorem Iesum saginauit, Si forte dignetur idoneas lactationi reddere mammas uulnusculo, ac purulentis rimulis inspergatur puluis de osse Sepie, de Spodio, Dragaganto, farina lentium, fabarum, lupinorũ, cinis chartæ combustæ, Item opitulantur Hypocystis, balaustium, galla, malicoriũ, terra samia, lemnium sigillũ, seu accipito lithargyrij, mirræ, Aristolochiæ, Zinziberis, Ana, hoc est, de singulis tantundem, disti ita cum melle temperentur & fiat linimentum

Infans mã mã uulnerat fellitãs

Helena calicẽ miner ue cõsecrauit

cõpellãda Christi mater

Linimẽtũ ad papillarũ fißuras

Caput decimũ quintũ de infantium educatione

ADmirabilẽ deus optimus maximus corporibus, adeoq; mẽtibus nostris ardorẽ indidit ut corpus cõiũctionẽ dispparis sexus efflictim concupiscat, & ipsa mẽs nõ cõquiescat, nisi pgnatã stirpẽ uideat, Tã est dulcis, atq; oblectabilis parturigo, Tã inexistimalis boni aliquid habet ex sorte, ut eũ genuisse non pudeat, nec suo modo sterilis esse uoluerit, qui mortalibus, Crescite & multiplicamini dixit, In prophanis literis est apud Claudium

A deo est omnis genitura

Dux Erebi quondam tumidas exarsit in iras
Prælia moturus Superis, q̃ solus egeret
Connubijs sterilesq; diu consumeret annos,
Impatiens nescire thorum, nullasq; mariti
Illecebras, & dulce patris non noscere nomen

Quod ita nisi comparatum foret, Nulla patribus ipsis prospicientia, cura sollcitudo pro liberis hereret, quin matribus gestationis pondus, pariendi dolor, educationis labor fastidium, atque odium parerent, Iam in filio uiuit pater, simulq; in eo genitricis uultus elucet, Cordis succũ uagiẽti hæc cibum

Amor erga liberos erũnas omnes condulcat

 effundit

effundit, Ille partes ſic tuetur ſuas, ut pubeſcentibus ſatis ſit, quo uitam tranſigant, uterq́ pietatis & amoris eſtu ſuccenditur, Apud gentes omnes non admodum diuerſa eſt infantulorum nutricatio, nempe natura non patitur iam iam genitos alio pabulo ali, quã parẽtis lacte Nullius amantis ingeniũ extra gignẽtis ubera aliud eſculẽtũ queritat, lac cibus eſt, & itẽ potus in hanc lucem recens editis, cuius ſe periculum feciſſe teſtatur Galenus, Capram, ait, grauidam diſſecui & exectum hedum in domum quamdam, ubi multæ pelues erant, aſportaui, quarum Alie uini, Alie olei, Alie mellis, aut alterius cuiuſpiam humoris plenæ erant, aderantque fructus non pauci cereales, tum arbutei, hunc ſingula uaſa olfacere uidimus, & percepto ſingulorum odore, lac tandem abſorbuit, Genuinum calorem adauget, uires multiplicat, in incrementum ſecedit, facile cõcoquitur digeritur, multum alit, nutrit, & ipſius uitæ fomentum eſt familiare, Sunt qui Columbarũ induſtriam imitantur, hæ pullis primo ſalſiorem terram gutture colliẽgtes in ora inſpuunt, ut tempeſtiuitatem cibo preparent, Ita ante ſuctum oſcillo purioris aliquid mellis immittũt, ad eluendas ſtomachi ſordes, & aluus uti deijciat humorum colluuiem in utero contractam, ne his confuſum lac corrumpatur ac inutile reddatur alitioni, ſunt qui permiſceant oleo ſiſamino, aut Amygdalino uncias duas optimi ſacchari, atq́ hoc eclegmate ad tris, quatuor ue dies infantem cibant, & aduerſus morbũ comitialem preſentaneum remedium predicant, Neque huic ſubijcitur, ſi priuſquam mammam trahat, eius fauces Vulpis cerebro fricentur, Iam ante quartum, quintumue diem a partione maternum lac non ſugat, quin purulentum illud effluat, ac prius eliquatum ſit uirus, quod Coloſtram uocant, preterea meminerunt in omni lactatione papillulas modico melle aut ſyrupo uiolalaceo illeuiſſe Namq́ dulcoris illicio excitus puer condiſcit mammæ capitulum ardentius complecti Nec ipſum lac in uentriculo aut aceſcit aut cogitur, Et ſi cui cogatur, preſidium eſt, hagninum coagulum ex aqua potũ Medici inbent, ut bis, terue in die infantulus fellitet Noſtrates altriculas uideo ſtatum numerum nõ obſeruare, quoties blæſula lingua lallat, aut uagitu importunior eſt ubera porrigũt, Fetus immodicus omentum ſeu interanea in ſcortum pulſat Inu-

Omne animal cõcupiſcit lac

Hiſtoria de Hedo Galeni

De columbarũ induſtria

Primus cibus infantulo mel

Vulpis cerebrũ aduerſus morbũ comitialẽ

Papillulæ liniantur melle

sat, inutilis non est breuis, ac submißus, Nimia fartura somnoletos, desides, & Nephreticos reddit, Posteaquam fortescit, nec educationi par est nutricis succus, Pulmenta esitet ex Auena, Oriza, aut polline triticeo, seu hordeaceo, cum sacharo, & melle, Panem lacti bibulo infriatum comedat, Aut pomum assum, aut iuscula pullorum, & uolucrum minutarum, uinum non gustet, neq; cereuisiam nisi tenuem, Quū promptior ad epulationem uidebitur, nec desit concoquendi spes, tum cibos solidiores dare cõuenit, Circa dentitionē febriculis, & uētris proluuio uexari solent,

Victus cõmodus cū fortescit

Collo igitur molli dentes nectentur Equini
Qui primi fuerint pullo crescente caduci,
Aut teneris cerebrum gingiuis illine porci
Aut leporis niuei bibitur cum lacte caprino

serenusad detētitionis indolētiam

Collocandus in aere temperato, & loco tenebroso, aut sublustri Nec limis oculis fenestrellæ rimulā aut ardentis facis flāmulam diutino obtutu cõspectet, ne uitiosi fiant, Bis, terue in die fascijs eximatur, & mutentur lintea, Membra ad ignem foueantur, & defricentur, manibus sepicule reductis, preserstim spina, & articuli ex cereuisia, aut lotio eius, q brasicā comedit, aut ex aqua elixantes laurum, saluiam, ebulum, Aluus retrimenta commode proijciat, seu digitum minimum butyro unctum altricula mittat in anū, aut melle ad glandis formam redacto irritetur, Ad solutiorem, atq; ipsis foriolis, milium q maxime confert, papillulis purulentum exprimatur, supercilia diducantur, oculi serenentur, naribus muccus eximatur, Totius omnes corporis fistulæ ab incrementis liberentur, femorum intertrigines persanant myrtus arida, rosæ, balaustiorum, cinis linteoli combusti, secundum hæc manusculæ protrahantur ad latera, & genua consocientur, & expaßis cruscculis diligenter uinciatur panniculis mundis, & amiculo laneo circundetur caput instita clementer obligetur. Cilones uocant, quibus improbe caluaria prominet in alterutrum latus reclinetur, Sic nec precordia grauantur, & sua capiti seruatur species, quæ propria dicitur, ueluti spheram si quis ceream cogitet, utrinq; leniter astrictā, Ita namq; fit, ut priora spheræ, posterioraq; protuberent, latera uero rectiora reddantur, Postus in cunis non confestim succutiatur, ne cibus hauddum delapsus

Ad confirmādos articulos

Ad deiectionem

Ad intertrigines

Cilones

Propria capitis figura

lapsus in ima uentris fluctuet, ac reijciatur, Intempestiua rotatio quũ nos circũagit, quæ in nobis sunt omnia uacillãt, Motione (Hippocrates ait) corpora turbari, inditio est nauigatio, Nutricula loro aßideat adulabili sermone garriẽs, & cantillans uoce tinula, Mirum profecto sibilos, cantus, popysmata bullientis aquæ murmur, arborum fragores, aliaq; eius generis clemẽter sonora somnũ conciliare, Huius fortaßis ratonẽ licet conijcere ꝙ ingens affinitas sit corporibus hominum mẽtibusq; cum suaui uoculatione ac symphonia ut dulciter emodulatus tonus & blande tinnientis clangor nos rapiat, poßideat, occupet, impleatq; admiratione, Admiratio quidem cerebrũ, cor, spiritus permouet, Motus calefacit, calor alimenta mollit, & uaporũ uim nubesq; proritat ualuas meatuũ interiorum, & uincula sensuũ, Aut quoniã concynno ac silenti crepitantis auræ strepitu deliniti ab ipsis turbulentis cogitationibus abstrahimur, & clanculum uacuis obrepit subdola quies, Est in atticis noctibus creditũ a plerisq;, Ischiachi quũ maxime dolet, tũ si modulis lenibus tibicẽ incinat, dolores minui & apud Theophrastũ, Viperarũ morsibus tibicinem scite, modulateq; adhibitũ mederi, Iam adolescens Dauid Saulem ab insania cantu consanabat, Thrax orpheus lyræ cõcentu monstra perdomuit, Sed ad somnum

motus corpora turbat

Quare mẽter sonora somnũ adducant

Somne ueni, satur expectat te lactis alumnus
Somne ueni, querulus te puer usq; uocat,
Te puer usq; uocãs blandis adnutat ocellis
Impiger ad cunas somne ueni saturas

Author canit

Vẽtulũ estate flabellis faciat, pulices ac culices, idq; genus anima lcula omni studio suppellat, Cyrenaici uocãt Achorẽ muscarũ deũ multitudine obturbãte, quæ ꝑtinus intereũt, q̃ litatũ est huic deo, Coriãdrũ per diẽ maceratũ in aceto albo redditur aptißimũ ad pulices necãdos, si spargatur ꝑ ædes, apud Spartiatbas tã artificiosas olim extitisse nutrices inuenio, ut nullis adhibitis infantiæ pãnis, ipsos tũ mẽbris, tũ specie liberales facerẽt, Itẽ & faciles, & nihil delicatioris cibi appetentes, & tenebras minime formidãtes, ad omnẽ solitudinẽ intrepidos difficultatis morosæ, ac uagituũ exptes cõstituerẽt, qualẽ Amydã fuisse tradũt quæ Alcibiadẽ Atheniẽsem lactabat, Interdiu puerulũ ulnis baiula gestet, dispiciatq;, ne mẽbrũ aliqđ cõtorqueat animus

Cyrenaici litãt achori muscarũ deo

apud spartiatas nobilißime nutrices

at, animus crepitaculis sonorulis, ac tintinabilis illicio ætati primule cōmodo palpetur Amiciendi sunt estate trimestres, Hyeme quadrimestres Quo tēpore amiciēdi

Caput 16 de somno conciliando

INfantis sanatio ex altricis regimine pēdet, hæc subinde cochlear syrupi papaueris sorbeat, aut auenatū, hordeatū, amygdalinum esitet, Itē lactuculas crudas, & elixas, Sunt q infantulis potādū tribuāt lac in quo coctū est semē papaueris, cuius assiduus usus ueternosos reddit, Calices papaueris in aqua elixētur, ex hac imbutis spōgijs frōs & tēpora foueātur, Alij naribus instillāt oleū uiolaceū cū succo lactucæ, aut frontē perūgūt oleo roseo, papaueris, hyosciami, nenupharis, Sed cauēdū ne ob uacillantis cerebri imbecillitatem, neruorūq, molliciē Paralysi, Apoplexiæ, stoliditati morbis teterrimis obnoxij fiant, somnia profligantur, si dormituri Anisum ex culcitris suspensum olfactēt, Sine pauore intrepidi obdormiscunt, si Lupina melle contegātur Dexteræ pennæ uituli marini uim soporiferam inesse, & somnos allicere subditam capiti, tradunt, Idem prestare asseuerant auriculas Leporis, si uino sint precisæ usus papaueris ueternosos reddit Quibus somnia pellantur

Caput decimū septimū de Ancyloglosso

ACcidit recens genitis linguæ uitiū in Hypoglottide, quo mēbranula quadā duriuscula, ac ueluti breuiori filo astringitur, & laqueatur, uti eā puellus fellitans nequeat exerere ad commode apprehendendam papillulam, Sugens pusio plicatilem linguam exertat, eamq; subijcit mammæ tuberculo, atq; circum illud uoluitur, & adhesitās circumludit, trabitq; laticē ex epistomijs materni cordis profluentem, Huic uitio nisi occurratur, sermonem tardat, fortassis & aufert, Paulus Ancyloglossum appellat, uinculum id eximitur, atq; rescinditur acutissimo forficulo Fellitans

Caput decimum octauum de Alcola

A Lcola est scabricies puerorū linguæ insidēsq̄; albida quādoq; furua, & exulcerās summā cuticulā oris, palati fauciū, Aphthā uocat Egineta, Accidit ꝓpter redūdātes halitus noxij cibi, aut graues fumos īprobæ cōcoctionis, seu īgesti lactis acrimoniā, Huius remediū est, nutriculā cō modiori uictu in diuersum habitū trāsferre Infantulus ipse lingat syru-

gat syrupi uiolaceũ, rosaceũ, succũ lactucæ, portulace, mori

Caput decimum nonum De distillatione Tussi, & difficultate spirandi

Passulas accipito ex aqua marathri elixas, melle aut saccharo adiecto diligẽter contũdito, lingatq; sub inde Par est hoc loco meminisse ingentis erroris, ac magnæ supinitatis medicorũ, Qui pigmẽtarijs suis Eclegmata (que condita, seu conseruas uocant) sinunt parare, & tundere in uasis eneis, contrahunt enim horrorem quendam gustatu aspernabilẽ, Es calefactum, & egregie con uerberatum diu, multumq; exercente pistillo uenenum expi- rat, & noxius metalli fumus, ardorq; pestilens in uitæ spem elaboratis medicamentis miscentur, & unde salus expectaba- tur, certa pernicies exoritur, Paranda sunt hæc, aut in mar- more, aut in ligno, aut si census patitur, in auro At tam igno- bilis animus, & mens usq; purulẽta pharmacopolis insidet, qui pertinaci studio aceruãdæ pecuniæ artem sectantur, nec ratio nem habent ullam improbi lucriones q̃ turpiter imponant mi- sero popello harum merciũ imperito, Non missura cutem, ni- si plena cruoris Hirudo, Nullis precibus flexiles recta monẽ ti obsequuntur, nullo metu uindicis futuri concutiuntur, nu- gulas ac aniles fabulas existimant, si quid anxius, & circum- spectius artifex cõcinnandum prescribat, Clarum est, ægritu dinem uitæ nostræ populatricem, nec obscurũ, sceleratã isto- rum nequiciã multis in cladẽ extitisse, Accidit mihi in Gallijs, succum malorum granatorum scribenti, ut granata uere ma- la tunderet ad exprimendum succum, Tum ergo, quid hæc ob lesa, & putria, & cassa poma, cur non syncera, uinolenta, & amica gustu subijcit? Scribitis domine, succum malorum gra- natorum, Intellecta hominis cruditate, uehemẽter indolui æ- grotantium sortem, q; is penes quem uitæ ac necis foret impe rium, Malum significare uitiosum cõcenderet, ac nesciret ma- lum esse pomum, & granata mala, poma granata, Si alios pre terea errores, & non ferendas imposturas pergam pateface- re, orbis attonitus obstupescet, tam indignis modis artem hãc tractarier, In eo libro, quem prestare conabor Methodum in medicam praxim, fusius hæc exequemur, sed conniuere candi- dus lector, & ad multa non satis ad amussim perpolita frõtẽ

Insignis medicorũ incuria

De phar- macopoli queritur

Quid au- thori acci derit

Non stant fauonij conatus subueben- tes

exporri-

exporrigere debet, nos uxor, liberi, cura rei familiaris auocãt a studijs, Homerus ueriſsime cecinit
Dimidium ſane ingenij deus abſtulit illi
Qui in miſeram ſerui fortunam uenerit unq̃
Nunc ad inſtituti finem percurrat oratio, caput abluendũ eſt aqua calida, mox melle, aut terebinthina linere oportet, ac linguam digito comprimere, ut pituitæ copiam euomat, Alij Amygdalas decoriant, & per noctem maceratas in aqua hiſſopi contundunt adiecto ſaccharo, & uitello oui, Aut lini ſemen diſtritum cum melle ſubigunt, Non nulli caſtorium linteolo alligant, & in potulentis ſupponunt, nec inſalubre fuerit plantulas inungere oleo coſtino, laurino, anethino, Item ſalis linctu tuſsis diſcutitur, Conſueui puluiſculum deſcribere ex radice Ariſtolochiæ, Iridis, & Enulæ, quem cũ pomo aſſo, & ſaccharo lingendum prebeo,

NE DEESSENT PAGINAE VACUAE CANDIDE LECTOR ADIUNXIMUS

16 Caput Plinij 16 lib. nat, Hist.

Nigidius IDem, lac fœminæ non corrumpi alenti partum, si ex eodem uiro rursus conceperit, arbitratur. Incipienti autem hoc statu aut desinente, conceptus facillime traduntur Fœcunditatis in fœminis prærogatiuam accepimus, inūctis medicamine oculis, saliuam infici. Cæterum editis primores septimo mense gigni dentes, priusq; in supera fere parte, haud dubium est, Septimo eosdem decidere anno, aliosq; suffici. Quosdam & cum dentibus nasci, sicut M. Curium, qui ob id Dentatus cognominatus est, & Cn. Papyrium Carbonem, præclaros uiros. In fœminis ea res inauspicati fuit exempli regum temporibus. Cum ita nata esset Valeria exitio ciuitati in quam delata esset futurum, responso auruspicum uaticinante, Sessapiam etiam illa tempestate florentissimam deportata est, ueridico exitio consecuto. Quasdam concreto genitali gigni, infausto omine, Cornelia Gracchorū mater inditio est Aliqui uice dentium, continuo osse gignuntur sicuti Prusiæ regis Bithyniorum filius, superna parte oris. Dentes autem tantum inuicti sunt ignibus, nec cremantur cum reliquo corpore, ijdem flammis indomiti, tabe cauantur pituita ue. Candorem trahūt quodam medicamine. Vsu atteruntur, multoq; primum in aliquibus deficiunt. Nec cibo tantum & alimentis necessarij, quippe uocis sermonisq; regimen primores tenent, cōcentu quodam excipientes ictum linguæ, seriemq; structuræ atq; magnitudine mutilantes mollientes ue aut hebetantes uerba, & cum defluxere, explanationem omnem adimentes. Quin & augurium in hac esse creditur parte. Triceni bini uiris attribuūtur, excepta Turdulorum gente. Quibus plures fuere longiora promitti uitæ putant spatia. Fœminis minor numerus. Quibus in dextera parte gemini superne, a canibus cognominati, fortunæ blandimenta pollicentur, sicut in Agrippina Domitij Neronis matre, contra in læua. Hominem priusq̄ genito dente cremari, mos gentium non est. Sed mox plura de hoc, cum membratim historia decurret. Risisse eodem die quo genitus esset, unum accepimus hominem Zoroasten. Eidem cerebrum ita palpitasse, ut impositam repelleret manum, futuræ præsagio scientiæ. In trimatu suo cuiq; dimidiam esse men

surans

furam staturæ, certum est. In plenum autem cuncto mortalium generi minorem indies fieri, propemodum obseruatur. Rarosq; patribus proceriores, consumente hubertatem seminum exustione, in cuius uices nunc uergat æuum. In Creta terræ motu rupto monte, inuentum est corpus stans. 46. cubitorū, qđ alij Orionis, alij Etionis fuisse tradunt. Orestis corpus oraculi iussu refossum. 7. cubitorum fuisse, monumentis traditur. Iā uero ante annos prope mille, uates ille Homerus non cessauit minora corpora mortalium quam prisca couqueri. Næuij Pollionis amplitudinem annales non tradunt. Sed quia populi concursu pene interemptus esset, prodigij uice habitum. Procerissimum hominē ætas nostra diuo Claudio principe Gabbaram nomine, ex Arabia aduectum. 9. pedum & totidem unciarū uidit. Fuere sub diuo Augusto semipede addito, quorum corpora eius miraculi gratia, in conditorio Sallustianorum asseruabantur hortorum, Pusioni & Secundillæ erant nomina Eodem præside minimus homo duos pedes & palmum Conopas nomine, in delicijs Iuliæ neptis eius fuit. Et mulier Andromeda liberta Iuliæ Augustæ. Manium maximum, & M. Tullium equites Ro. binum cubitorum fuisse, auctor est Varro, & ipsi uidimus in loculis asseruatos. Sesquipedales gigni quosdā longiores, in trimatu implentes uitæ cursum, haud ignotum est. Inuenimus in monumentis Salamiam Eutimenis filium, in tria cubita triennio adoleuisse, incessu tardum, sensu hebetem & iam puberem factum uoce robusta, absumptum contractione membrorum subita triennio circumacto Ipsi nos pridem uidimus eadem ferme omnia, præter pubertatem, in filio Corn Taciti equites Romani Belgicæ Galliæ rationis procurantis Ectrapelos Græci uocant eos, in latino non habēt nomē

FINIS LIBRI DE PARIENTE ET
PARTV IASONIS A ZYRICAEI
ARTIVM ET MEDICINAE
DOCTORIS CLARIS.

BIBLIOTEKA ELBLASKA

Ob. 6. II. 3390

Ob. 6. II. 3389-3390